

1760.

1. Braun, Iohannes Daniel : De tutela testamentaria ex
jure publico, quam privato.

1761.

1. Dissertatio, Iohannes Daniel : De Rechtine Empatoris
exclusi neque legibus neque observantia contraria.
2. Schirmer, Joh. Ludovicus : De Testamento parvularum
inter liberos.

1762.

1. Dorer, Iosephus, Lectorius : De salubrione sanitatem
conservante, morbos indumente, indicante, curante.

1764.

1. Kirken, Ioh. Fridericus : De probestate regis Prussianorum.

1765

1. Hormann, Iohannes Fridericus : De majoritate atque
tutela nonnullorum regum Europae.

2. Trichtinger, Iohannes Christianus : De mortibus pietatis

1766.

1. Capparis, Iohannes Daniel: De cœde infantis a matre
commissa.

2. Kroll, Dom. Jacobus Hadrianus: De hypothecæ, in rebus
per remedium legis 2 Cod. de res cœndenda sententia avocati,
stabilitate.

3. Sauer, Petrus Jacobus: De necessitate Defensionis

1767

1. Thulin, Iohannes Fredericus: De præscriptione.

2. Frick, Daniel Ferdinandus: Scrutinium doctrinæ
de renuntiacione filiarum filiis et exinde nato
pacto reservativo ex principio successoriis diversorum
gentium, præventionem Germanarum erutum.

3. Muelberger, Christianus: De præmatriosum patrum
filiis in successione ab intestato cum patruo defuncto
concurrentibus.

1768

1. Gerard, Petrus Felix. Nat: De matrimonio secundum ius
naturale, canonicum et civile.

1770

1. Korn, Philippus Fridericus : De eo, quod justum est
circa successionem Thurnium Germaniae legitimam
gradatorem in bonis artis.
2. Linow, Hieronymus Schatzauer : De area balla
Carol. IV Imperatoris.

1771

1. Storck, Johann Ritterius : De jilice suspecto


1773

1. Ditterich, Philippus Adams Ernestus : De translatione
episcoporum
2. Sturm, Joh. Christianus : De metaster lactea.

1775

1. Ober, Johann Henricus : De Publirana in rebus
actiis sine rei vindicatione proposita
2. Freitlinger, Johann Christianus : De ferme case -
serum criminalem

Durchsucht der Schule und der Kirche
und der Friedhof und die umliegenden
Gebäude und Straßen. Die Ergebnisse sind in den
Sachen und Gegenständen zu unterscheiden
die auf dem Lande gefunden wurden
und die im Dorf gefunden wurden.
Sachen aus dem Lande
1. Ein kleiner Kasten mit einer
Feder und einem Bleistift.
2. Eine alte Taschenlampe mit einer
Zündkerze und einem kleinen
Gummiband.
3. Eine alte Taschenlampe mit einer
Zündkerze und einem kleinen
Gummiband.
4. Eine alte Taschenlampe mit einer
Zündkerze und einem kleinen
Gummiband.
5. Eine alte Taschenlampe mit einer
Zündkerze und einem kleinen
Gummiband.
6. Eine alte Taschenlampe mit einer
Zündkerze und einem kleinen
Gummiband.



DISSERTATI^E IN REALIS JURIS
TUTELA
TESTAMENTARIA
EX JURE TAM PUBLICO,
TAM PRIVATO.

QDAM
SUB ZUSSPICIE DIVINIS
REDECETO
AMPLESSIMI ICTORUM ORDINES
IN ALMA ARGENTORATENSIS
UNIVERSITATE

PRO LICENTIA
SUMMIS IN UTRICETE ZONIS
CENSIS

19. D. DEC. 1770. T. CAX.

JOHANNES FRANZ BRAUN, Arg.

ARGENTORATI Typis JOH. HENRICI ERTELL. 1770.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

20

1760, 1.

**TUTELA
TESTAMENTARIA
EX JURE TAM PUBLICO,
QUAM PRIVATO,**

QUAM
SUB AUSPICIIS DIVINIS
EX DECRETO
**AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS
IN ALMA ARGENTORATENSIMUM
UNIVERSITATE**

PRO LICENTIA

*SUMMOS IN UTRIQUE JURE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE CONSEQUENDI*

SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI

*AD D. XVIII. JUNII A. O. R. MDCCCLX.
SISTIT*

JOHANNES DANIEL BRAUN, Arg.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI Typis JOH. HENRICI HEITZII, UNIV. TYPOGR.

2

A L E X A N D R I
D E O
PARENTIBUS
PATRONIS
ATQUE
A M I C I S
SACRUM.

JOHANNES DAVIDE BRANU



P R A E F A T I O.

Q UUM primum animum ad alteram, quam olim promisi, Dissertationis de Tutelari Jure partem scribendam ap- puli, statim intellexi, promissis si sta- rem, aut integrum mihi consarcinan- dum fore librum, aut materias omnes primoribus tantum labris attingendas. Mutavi itaque confili- um, atque unam potius tutelæ speciem per varia jura tractare constitui. Selegi hanc in rem Testa- mentariam Tutelam, potissimum, cum hanc non ita sepius ac reliquas ex tutelarum jure partes dis- sertationibus ventilatam perspexerim. Quid autem nunc hac in parte præstiterim, æquus Lector ju- dicet, quem simul enixe rogo, ut, si quæ minus recte posita, non sat solidis firmata argumentis, vel etiam non probata deprehenderit, illa pro sua humanitate corrigat, firmet, suppleat, probe per- pendens, hominem, eumque juvenem has pagel- las conscripsisse.

DISSE^TRAT^O JURIDICA
DE
TUTELA TESTAMENTARIA
EX JURE TAM PUBLICO,
QUAM PRIVATO.

§. I.

Introitus. **M**orem committendi tutelam, quibus parentes ultimo elogio liberorum curam deferunt, non naturalis tantum suadet ratio, ob tenetum parentum in liberos affectum, sed & commune fere omnium moratiorum gentium institutum comprobat (a). Prostant enim ex omni tempore, & in historia populorum tantum non omnium exempla, qua docent, tam parentibus id sæpe cordi fuisse, ut relictos à se pupilos eorumque educationem idoneis tutoribus commendarent, quam superstitites ita parentum veneratos esse electionem, ut liberos nominati in testamento tutoris subjicerent directioni. Quantumvis autem plerisque gentes & olim hanc juris naturalis regulam in genere agnoverint, hodieque agnoscant, occurrit tamen inter easdem in ejus applicatione diversitas, ut opera pretium sim facturus, rem eo adducere, ut in quantum populorum instituta circa hanc materiam varient, facile cognosci queat.

(a) Agnovit instituti hujus utilitatem PLATO, qui *Lib. II. de Leg.* testamento liberis relictos tutores volentes ad tutandi officium secundum scripturam admitti debere tradit. Apud Athenieses testamentariam viguisse tutelam apertum fit ex DEMOSTHENIS *Orat. in Stephan.* I. Ita apud Galatas etiam in usu cam fuisse elicere licet ex PAULI *Epiſt. ad eosdem cap. 4. vers. 1. 2.*

§. II.

§. II.

Tutelam testamentariam generatim definio, quod sit *Definitio.*
 potestas dirigendi actiones administrandique bona pupillorum, ultima cuiusdam voluntate alicui permissa. Jam ut hujus tutelæ natura plenius innotescat, inquirendum est 1°. Quis testamento tutores dare queat? 2°. Quibus tutores testamento dentur? 3°. Quinam habiles sint, ut testamento tutores nominari possint? denique 4°. Quomodo tutores ultima voluntate constituantur? quæ quatuor capita Academicí hujus Speciminis tractationem complebunt.

*CAP. I.***QUIS TESTAMENTO TUTORES
DARE QUEAT.**

§. III.

QUi ultimæ sua voluntate pupillis tutores nominant, *Pater* vel parentes sunt, vel extranei. Inter parentes primus occurrit pater. Olim cum apud Romanos vel cives in Comitiis Calatis suffragante populo, *GELL. Noct. Att. L. 15. Cap. 27.* vel milites in procinctu stantes, tribus aut quatuor audientibus testamento conderent, nullum dubium est, quin etiam impuberibus suis liberis quandoque de tute in iisdem profixerint, praesertim cum *LIVIUS L. 1. cap. 34.* referat, quod Tarquinius tutor liberis Regis Anci testamento institutus fuerit. Idem mos viguisse videtur subsequenti tempore, donec per *LEG. XII. TABB. Tab. 5. Paterfamilios*, *uti legasit super pecunia tutelave sue rei, ita jus esto.* patribus permisum sit, suo arbitrio liberis, si modo in potestate essent, tutores testamento dare. *L. 1. pr. ff. de Test. Tut. §. 3. Inst. de Tutel.* Ita quoque non diffidendum, quin militibus, exoletis licet

temporis successu testamentis in procinctu, CICERO *de Nat. Deor.* L. 2. cap. 3. postquam per principales constitutiones restituta sunt privilegiata testamenta, in iisdem tutores liberis nominandi jus datum fuerit.

§. IV.

J. Germ.

Veteribus Germanis eo magis ignoti erant testametarii tutores, quo minus ipsa testamenta quotidiani usus essent. Antiquissimos Germania populos testamenta plane ignorasse auctor est TACITUS, qui *de Mor. German.* cap. 20. disertis verbis dicit: *Heredes successoresque sui cūque liberi, & nullum testamentum.* Translit deinde fucella temporis de rebus suis per ultimam voluntatem disponendi mos etiam ad originis Germanicæ gentes, quæ dum regna in provinciis Romanis constituebant, victos que suo jure vivere permittebant, homines provinciales imitatae sunt, urgente imprimis atque promovente hanc rem Clero, qui tali pacto ecclesiis atque monasteriis consulfum volebat. SCHILTER. *Exerc. ad ff. 14. §. 38.-45.* HEINECCIUSS *Elem. Jur. Germ.* L. 2. tit. 7. Quantumvis autem altas radices in aliis regionibus agere cooperit testamentorum usus, interea tamen quoad maximam partem illa ignorabat Germania Magna, nisi quod & ibi legata ad pias causas paulatim introducerent testamenta (*a*). Arctissimis his limitibus circumscripta erat testamentaria res, donec peregrina jura plenius cognoverint majores nostri, passimque in foris suis introduxerint; tunc enim non amplius in eo subsistebant, ut Deum Coelitesque heredes scriberent, sed longius progressi testamentis inter alia eo quoque usi sunt, ut liberis, quos præmatura parentum mors pupillos relinquenter, de tute prospicerent (*b*). Sic HERTIUS *de Spec. Rom. Germ. Rebuspubl. Sect. 2. §. 17.* aliquæ illustria testamentaria tutelæ exempla, etiam ex ipso saeculo XI, collegit (*c*), & quanquam ipsæ fatetur, exempla illa Principum

cipum universalem eo tempore receptionem non probare, quum Principes citius quam privati Jure Civ. Rom. vivere coeperint, nullus tamen dubito, quin & privati pedetentim tam favorablem hanc occasionem arripuerint, atque ultimo suo elogio tutores, quos judicabant idoneos, constituerint. Evidem his facultis, contradicentibus praesertim agnatis (d), nec frequentem fuisse testamentariae tutelae usum, nec generalem, haud inficior, ast tamen postquam Jus Romanum Imperii legibus civitate donatum fuit, hanc quoque tutelae speciem per Germaniam receptam fuisse, unusquisque facile sibi persuadebit, qui eandem in ORD. POL. de Ao. 1548. tit. 30. & 1577. tit. 32. expressis verbis confirmatam animadverteret (e).

(a) Primos, qui testamenta, at rarius condebant, Reges fuisse atque Principes, deinde vero a faculo XII. & alios nobiles & Equites dignitatis, quin & plebejii ordinis homines idem facere coepisse, exemplis demonstrat HEINR. in Elem. Jur. Germ. L. 2. § 181. sq.

(b) Cave tamen credas, adeo barbare stupidos fuisse Germanos veteres, ut nulla unquam cura pro pupillorum suorum educatione animum ipsorum subierit. Liceat enim ipisi ignoti fuerint testamentarii tutores, horum tamen locum egregie supplerunt tutores pacitii, vel conventione constituti, quos usu receptos fuisse factis constat exemplo Dagoberti Regis. FREDERICUS Chron. cap. 79.

(c) Minus accuratus itaque est b. m. SCHILTERUS, qui in Exerc. ad ff. 37. §. 34. antiquissimum, quod in Germanicis antiquitatibus extat testamentariae tutelar exemplum, illud esse exigitur, quod in Ludovici Barbati Electoris Palatini an. 1437. fato functi testamento occurrit.

(d) Agnatis jus tutelae apud Germanos fuisse, plures textus docent: JUR. PROV. SAXON. Lib. I. art. 22. disponit: *Wo die Söhne binnen ihren Jahren seynd, ihr ältester ebenbürtiger Schwertmag nime das Heer Gewett allein alles zu sich, und ist der Kinder Vormund daran, bis sie zu ihren Jahren kommen, so soll ers ihnen wieder geben, und darzu alles ihr Gut. Et JUR. PROV. ALEMANN. cap. 27. § 3. Ob die Söhne zu ihren Jahren nicht kommen seint, da soll der älteste Bruder das Schwert nehmen, zu todleibe, und soll auch der Kinder Voigt sein, bis das sie zu ihren Jahren kommen, o soll er ihnen es wieder geben, und alles ihr Gut. Endem habet JUS WEICHELD. art. 49. Stirbt ein Mann der Kinder bat, die*

zu ihren Jahren nicht kommen sind, ihr nechster ebenbürtiger Schwertimage soll ihr Vormund seyn, bis sie zu ihren Jahren kommen, Potuerunt quidem excludi ab hac tutela agnati, sed quod ægre id admissum fuerit, nec sine gravi causa docet nos **Glossa ad Jus Weicbb.** art. 26. n. 14. §. 15. Hat den ein Mann ein Bruder, oder ein Schwertimage, der von rechts wegen seiner Kinder der Vormund wäre, ob er darzu töchte. Und wölt der Vatter den Kindern einen andern vormünden kiesen, so soll der Schwertimage der Vormundschaft nicht gewalzig seyn, der Vatter soll kommen vor Gericht, und soll beweisen redliche Ursache, darum er seinen Kindern nicht gefalle zu der Vormundschaft, als ob er einen bösen Leumut hetz, und ob vielleicht der Schwertimage eigen wäre, oder ein thor, oder ob er rechtlos were, oder ob er des tödlicher Feind were. Dif soll er beweisen, vor Gericht soll tritt, als recht ist, so mag er denn wöhl einen andern kiesen, und mag befleben dem die Vormundschaft mit den Kindern, und mit dem Gute, ut Iust. Qui tēst. tūt. dar. poss. Diesen Vormund muß er also gewinnen mit rechten Urtheilen, und der muß von Gerichtsbalb bestätigt werden, dieser Vormund der aljo bestätige wird, der mag wöhl Vormund seyn zu weicbild, und zu Landrecht, aber zu Lehrrecht mag er nicht Vormund geseyn. **Conspirat Glossa ad Jus Prov. Saxon.** L. 1. art. 23. ubi Glossator, postquam de tuteo à patre electo fecit sermonem, addit: *Hie mögstu fragen, ob solches auch nach Sachſischen Rechten gescheben möge? Sage Ja zu Landrecht, ob ein Mann solches bey gesandtem leib, vor Gericht, und um redlicher Ursach willen thete.* Laxiorem hac in parte potestate patri tribueret videtur **Jus Prov. Surv.** cap. 317. §. 2. Es mag ein Vatter bey seinem lebendigen Leib, ob er will, seinen Kindern mit Recht einen Pfleger geben, wer der ist, dem er dann wöhl getrauet, denselben befiebt er sein Kind, und ihr Gut, wenn er denn stirbt, so soll sich der Pfleger der Kinder und ihres Guts unterwinden, und mag ihm mit Recht niemands gewehren. (c) Verba huc spectantia sunt: *Da die ihnen von ihren Eltern in Testamenten oder letzten wöllen nicht verordnet. Item: Dass eine jeglicher Vormünder, er sey gleich in testamentsweise verordnet &c.*

J. Gall.

§. V.

Galliam quod attinet, notum est, quod illa in provincias Juris Scripti & Non-Scripti dividatur, atque hinc diversa principia, etiam quoad materiam de tutela testamentaria, foveat. In provinciis illis, quæ jure scripto reguntur,

guntur, patri eadem, quæ Jure Rom. competit, liberis suis in testamento tutores nominandi libertas adeo tribuitur, ut tutor testamentarius cæteris omnibus præferatur (a). In Gallia vero, quatenus consuetudinibus regitur, omnis tutela est dativa, atque tutor à consanguineis pupilli tam ex linea paterna, quam materna, vel in ipsorum defectu, vicinis aut amicis, ad minimum septem, qui de maxime idoneo eligendo jurarunt, nominatus à magistratu confirmatur, nec paterna de tuteure dispositio effectum alium habet, nisi quod nominatores ad eligendum in testamento datum tutorem inducere possit (b). FERRIERE *Inst. L. 1. tit. 13. §. 1. & 3.* DOMAT *Loix Civ. P. 1. L. 2. tit. 1. pref.* Sunt tamen consuetudines quedam exceptæ, veluti Rhemensis, Borboneñis, Avernensis, Nivernen-sis, Britannica atque Antissiodorensis. In his tutela testamentaria præfertur, modo ne consanguinei convocati ullam dubitandi rationem, quæ patrem forte latere potuit, contra tutorem testamentarium allegant.

(a) In terris, quæ Jurisdictioni Parlamenti Parisiensis subsunt, omnis tutor testamentarius confirmatione judicis, qui consanguineorum sequitur judicium, indiget. Ita quoque testamento datus tutor ibidem non semper præfertur illi, qui à consanguineis eligitur, si nimis iusta causa adlit, quæ tale quid fuadere potest. vid. Arrestum de 8 Julii a. 1587. apud LOUET *Lett. T. chap. 2.*

(b) Annotat FERRIERE *Dic̄t. art. Tutelle* quod tutor ultimo parentum elogio laudatus, raro in judicio rejiciatur.

S. VI.

Hæc de jure privato. Quæritur jam, quid circa Regum obtineat tutelas, an scilicet & his pater testamento tutores instituere valeat? Si Jus Publicum consideramus Universale, in limine hujus quæstionis separanda statim est regni atque provinciarum administratio ab educatione Principis pupilli. Hanc enim, cui à patre assignatur tutela, committere, nisi regni legibus aliud determinatum sit, Naturæ lex suadet: Generalis quippe illa, patrem

B

opti-

optimum pro liberis consilium capere præsumtio , in
 Principum personis æque locum invenit , ac in quibus-
 cunque aliis parentibus . Quod autem regni administra-
 tionem attinet , utrum & de hac aliquid disponere pater
 possit , durante successoris minorenitate , intricior
 quaestio est . Mihi de hac re ita videtur statuendum .
 Regna sunt vel patrimonialia , vel non patrimonialia . In
 illis cum Imperanti liberum sit , quo cunque modo de re-
 gno disponere , illudque vel se vivente , vel post mortem
 relinquere , cui velit , queat , nullum prorsus est dubium
 , quin eidem de regni administratione , durante suc-
 cessoris , quem ipse constituit , minorenitate , propisci-
 endi jus sit . Ita in Asia Minore , bello parta , Rex Eumenes
 Attalo filio fratrem suum tutorem dedit . STRABO Geogr .
 L. 13. vel plane huic non tanquam administratori , sed
 tanquam successori regnum ultima detulit voluntate .
 PLUTARCHUS de Amor . Fratern . Ubi regna non sunt pa-
 trimonialia , illa vel sunt electiva , vel successiva . In regnis
 electivis cum populus tantum quoad vitæ tempus alicui
 imperium conferat , hic certe nihil in casum mortis dis-
 ponere de imperio potest , sed potius ad populi reddit ar-
 bitrium , cui summa in se potestate tribuere de novo
 velit . His ita premillis facile est ad intelligendum , quod ,
 si caput sibi eligeret populus , quod ob ætatis defectum
 regere rem publicam non posset , ipsius esset statuere ,
 quisnam interea temporis regnum pupilli nomine admi-
 nistraret . Ita in Imperio Rom . Germ . cum per A . B . cap . 5 .
 provisum sit , ut Vicarii Imperii reginen fulciperent , quo
 ties hoc vacare contigerit , id in CAPITULATIONE JOSE-
 PHI art . 47 (a) eo extensum est , ut , si ante quam Ipse
 XVIII . ætatis annum attigisset , Imperator Leopoldus fa-
 tis concederet , Vicarii imperium , donec ea ætate esset ,
 nomine Ipsius administrarent . Porro cum populus fami-
 lie cuidam summa ita tribuat potestatem , ut , quamdiu
 aliquis ex familia superfit , ipse ad regni successionem ad-
 mittan-

mittatur, aut lege imperii fundamentali definitur, quinam in casu, quo pupillus proximum succedendi jus habet, minorenitate durante, regni administrationem succipere debeat (b), aut nihil hac de re statutum est. Priori casu, quod legibus standum sit, nemo negabit unquam. Posteriori vero casu, quod patri administratorem regni testamento relinquere liceat, ita ut ab ejus voluntate recedere populus non possit, affirmare non auderem. Cum enim indefinita relicta haec res sit, videtur populus eam sibi reservasse facultatem, ut, si videret publicam per datum tutorem non promotum iri salutem, patris nominatione neglecta, alium magis idoneum constitui rectorem posset. Exemplum hujus rei sicut nobis Suecia, ubi teste PUFENDORFIO in Hisp. Car. Gustav. L. 7. §. 2. ad ann. 1660. disponente Carolo Gustavo Rege de filii Caroli XI. tutela, postea conventu Ordinum Holmiæ habitu, circa testamentum id mutatum est, ut Adolfus Johannes Palatinus è tatorum numero & omni parte regiminis excluderetur, ac Archifrageti munus in Laurentium Raggium conferretur, velut inter supremos Duces Suecicos vetustissimum; atque ut Hermannus Flemingius ærarii cura dimoveretur obtentu adversæ valetudinis, ea que Gustavo Bondio tribueretur. Nec minus testamentum Johannis Castellæ Regis, quo Henrico filio sex instituerat tutores, atque regni procuratores duodecim, improbatum à Proceribus fuit, qui ab eodem recedentes, de regni administratione ex sua disposerunt sententia. MARIANA Rer. Hisp. Lib. 18. cap. 9. §. 15.

(a) Wir sollen, und wollen Uns auch zu keiner Regierung oder Administration im Heil. Römischen Reich, so lang ihero Kaiserliche Maj. im Leben, oder nach deren Tod, (welchen Gott lang verblühen wolle) zu prejudiz der Reichs Vicarien, welche immittel die Reichs Administration fabren, die Expedition aber in unserm Nabnen verfügen sollen, unterziehen, bis wir das Achtzehende Jahr unsers Alters erreicht und angefangen haben. Als dann wir Uns durch einen Revers gegen die Churfürsten nach Innhalt unters

fers nach der wahl gethanen Eydes andern nicht, als man wir
derzefallen von neuem wieder abgeschworen hätten zu verthalting
dieser Capitulation nochmals verbinden, und die Regierung eben-
der anzutreten nicht befugt seyn sollen noch wollen.

(b) Ita cum an. 1660. Proceres Dania plenissimam Regi Friderico
III. deferrent potestatem ejus arbitrio reliquerunt, quam regimi-
nis rationem eo casu, si quando proximus regni heres sit mino-
remis futurus, observari iussit, eique sanctio regiae, se suos-
que heredes & posteros, ut publicæ & fundamentali semper sub-
missile obsequiuros, cum jurejurando sunt polliciti. vid. LEX RE-
GIA FRIDERICI III. de d. 14. Nov. a. 1665. pr. § art. 9. §. 7.
seqq. apud LUDOV. a HOLBERG Dänische und Norwegische Staats-
Geschichte 3ter Abschnitt p. 69. l. 7.

§. VII.

J. Feudal. Progredior ad Jus Feudale, ubi in disceptationem
venit, an Vafallo liceat ratione feudi ultimo elogio libe-
ris suis dare tutorem? In jure feudali communii nihil de
hac re disponitur, unde videri posset, quod Juris Rom.
circa tutelam testamentariam placita etiam in feidis loc-
cum invenire queant, praesertim cum juxta 2. f. 1. Leges
Rom. sequi liceat in casu, qui consuetudine feudi non
sit comprehensus. Verum si feudorum inspiciamus indo-
lem, haec patribus eam facultatem denegare videtur.
Quamvis enim feuda, quæ olim mere personalia fuere,
successu temporis successiva facta sint, 1. f. 1. §. 1. ea ta-
men est feudorum natura, ut eorum fructus loco salarii
pro servitiis sint concessi feudalibus, ut adeo dominus.
vafallo pupillo & ad servitia inhabili feudi emolumenta
praestare non teneatur, nec mortuus vafallus domino
obtrudere tutorem possit, qui pupilli minus habilis ser-
vitia obiret. DN. a LUDEWIG. Opusc. Misc. Tom. 2. L. 4.
Opusc. 3. Diff. 11. not. oo. § pp. Si itaque dicendum,
quod res est, vafallo non licebit testamento tutorem no-
minare successori in feudo, ita ut hic etiam feendum ad-
ministret, dominoque servitia praestet, nisi hic patris ap-
probet electionem, atque tutorem confirmet. In Ger-
maniae

maniae feudis olim domino jus fuisse, vasallo impubere, sibi vindicandi feudi fructus, testantur consuetudinum Germanicarum collectores. Sic AUCTOR VETUS de Benef. cap. 1. §. 26. puerorum beneficiales redditus dominum habere afferit, quoisque illi ad duodecim annos perveniant. Huic consentit JUS FEUD. SAXON. cap. 26. (a), atque JUS FEUD. ALEMANN. cap. 55. (b). Solebant vero interdum domini, quibus intererat sibi servitia potius exhiberi, quam fructus relinquendi feudales, custodiam illam, *das Angefälle dictam*, alii concedere, qui nomine ipsorum fructus ex feudo perciperent, dominoque exhiberent servitia (c). Sic post mortem Alberti II. Marchionis Brandenburgici Ao. 1221. infecutam, filiis ejus existentibus infra annos, Fridericus II. Imp. Alberto Magdeburgico Episcopo tutelam omnium feudorum, quae ille ab imperio tenuit, commisit (d). Aliud exemplum est Rudolphi Habsburgici, qui Ao. 1274. Enichoni & Friderico de Leiningen feuda contulit, quae Merckelinus de Lindelbolle à Romano tenerat Imperio, donec ejus filius pubes fuerit factus (e). Sequentibus temporibus, posteaquam in Germaniae fora jura penetrarunt peregrina, mutata plane est rerum facies in tutela feudal. Non enim Dominorum tantum jus in fumum abiit, proximiis agnatis tutelam occupantibus, sed tutela testamentaria quoque ad privatorum æque ac Illustrium Vasallorum tutelam sibi viam aperuit, adeo, ut hodieque nominatos à patre ad feudi administrationem tutores confirmari plura exempla testentur. Collegit ea STRUV. in *Jurispr. Heroica*. P. 5. Cap. 5.

- (a) *Der Herr soll auch ster des Kindes Vormünde seyn an dem Gute, das das Kind von ihm hat, darum das er das Angefälle, so an das Kind stirbet, zu verlieben hat, und sol die Gelder und Nutzung aufheben, bis das Kind zu seinen Jahren kommt.* cf. JUS PROV. SAX. L. 2. art. 58. Magis hoc declarat GLOSSA ad. d. art. n. d. Ebe sich ein Kind bejahret, das ist, so die Kinder jung und binnien ihren Jahren sind, dann alsdenn können sie den Ritter sold von

dem Lehnghuth noch nicht verdienzen, darum nimt es der Lehngherr vor seinen Dienst ehe die Kinder 14. Jahr und 6. Wochen alt werden, und so lange müssen sie unter des Lehngherrn Vormundschaft feyn.

- (b) Anevelle ist *nut* Lebenrechtes, doch stirbt ein Man, und los Kintz binderime, die under iren Joren sind, der Herre libet ei-me andern die Anevelle, ob es *nut* Vornundesbett, der des Herrni Manns seye.
- (c) Refrichta hæc domini facultas erat JURE FEUDALI ALEMANN. si scilicet tutor pupilli Alodialis ejusdem domini vasallus fuerit, cap. 55. Der Herr libet eine andern die Anevelle, ob es *nut* vor-munderbett, der des Herrni Manns seye. Und heti er denne, der sol dem Kinde sin Leben vordern, und sol der Herre imme das vor-rechte liben, und sol der Vormund von dem Leben antwarten dem Herren.
- (d) vid. Diploma apud BECKMANN. in hist. Anhalt. Tom. I. p. 527.
- (e) Diploma hujus rei extat apud STRUV. Jurispr. heroica P. 9. cap. 6. §. 14.

§. VIII.

Electores.

Oritur inde vexatissima illa quæstio, de qua aliquoties magno animorum motu certatum in Imperio est, scilicet an pater Elector filio succellori in Elektoratu testamento tutorem instituere posfit? Alii eam facultatem patri omnino largiuntur, alii hanc eidem plane denegant, & iterum alii distingendo rem componere student (a). Ego omisissi jam brevitatibus studio, quæ ab harum opinio-num patronis catervatim produci solent argumentis, eam potius, quæ mihi arrisit, sententiam aperiam, atque ra-tiones, quibus nititur, subjiciam. Fundus hujus quæstionis fuit verba A. B. tit. 7. §. 4. *Et talis successio in primogenitis & heredibus eorundem in jure & potestate præmissis perpetuis temporibus observetur: Ea tamen condicione & modo, ut si Principem Electorem, seu ejus primogenitum, aut filium seniorem laicum mori, & heredes masculos & legitimos laicos, defectum etatis patientes relinqueret contigerit, tunc frater senior ejusdem primogeniti, tutor*

tutor eorum & administrator existat, donec senior ex eis legitimam aetatem attigerit, quam in Principe Electore decem & octo annos completos censeris volumus, & statuimus perpetuo haberi, quam dum attigerit, jus, vocem & potestatem, & omnia ab ipsis dependentia tutor ipse sibi totaliter cum officio teneatur protinus assignare. Quicunque haec A. B. verba, mentemque constitutionis diligenter perpendet, si facile edocebitur, in questione hac decidenda probe separandam esse educationem pupilli Electoris, bonorumque non Electoralium curam ab administratione officii terrarumque Electoralium; in hac enim Carolum IV. tutelam legitimam testamentaria exclusa introducere, de illis vero eundem nihil disponere, ex ipsis verbis legisque ratione per singula capita jam breviter fum expofiturus (b).

(a) Seriem scriptorum, qui vel pro affirmativa sententia stant, vel negativam tuentur, recenter Dn. A. LUDEWIG. in Comm. ad A.B. Tom. I. p. 721. sqq. atque SPENERUS Jur. Publ. Lib. 5. cap. 2. §. 12. not. b. Potiora, que utrinque proferuntur argumenta, fit nobis PEFFINGERUS ad VITRIAR. Inst. Jur. Publ. Lib. 3. tit. 11. §. 4. not. a. p. 773. sq. Distinctionem in hac materia admittit MARQUARDUS LUDOVICUS DE PRINTZEN in Differt. de Tutel. Illuftr. que ejf inter Illuftr. HENRICI COCCRIE. Dissertationes 84.

(b) Divisioni huic contrariati videntur ipsa A. B. verba, dum Carolus IV. praecepit, ut frater senior tutor Electoris defuncti pupillorum atque administrator existat. Posset enim quis inde argumentari, quod ad omnium liberorum educationem, omniumque Electoris defuncti bonorum, etiam non Electoralium, administrationem constitutio Caesaris pertineat, atque sic in his quoque tutela testamentaria excludatur. Verum ad hanc objectionem repicare licet, quod tantum incidenter omnium Electoris liborum mentionem hic injiciat Imperator, liquidem idem agnatus, si nulla in contrarium extet patris dispositio, ipsorum tutor ut plurimum esse soleat. Accedit, quod sufficiens ratio reddi possit, cur praeter jus commune patri Electori facultas testamentariae tutelæ admittatur administrationis officii terrarumque Electoralium, cum e diverso nulla plane excogitari queat ratio, cur eidem intuitu educationis pupillorum, bonorumque non Electoralium curæ ademptum esse debeat jus, quod natura gentiumque institu-

institutis cuiilibet parentum concessum esse supra annotavimus.
Denique per totum tit. 7. A. BULLA loquitur tantum de officio
Electoris, jure, voce & potestate eligendi, & que ab iis depen-
dent, manifesto arguento, Imperatorem nonnisi tutelam eorum
qua publicum Imp. statum concernunt, proximo agnato deferre
voluisse.

§. IX.

Patri Electori integrum esse alii, quam à lege nomi-
nato, educationem Electoris pupilli, bonorumque non
Electoralium administrationem demandare, non solum
favor ultimæ paternæ voluntatis fraudet, sed idem etiam
cessatio rationis, quæ Carolum movit, ut hanc consti-
tutionem ferret, evincit, & recta ejusdem interpretatio
fuggerit. Rationem legis ipse Carolus IV. in Proœmio
declarat: scilicet expertus Imperator imperium intestinis
turbis, ex dissentiente electione ortis, saepius laceratum
atque convulsum fuisse, huic malo obviam ire studuit.
Condidit eum in finem A. B. in eaque numerum Electro-
rum definitiv, jus eligerendi certis terris adscriptis, succep-
tionem in Electoralibus firmavit, atque de tutela Electro-
rali quoque prospexit. Hac igitur Cæfaris mente bene
considerata, nemo certe inficias ibit, privatam Principis
Electoris tutelam sub illa non comprehendti, nec Caro-
lum IV. patri Electori facultatem pupillo tutorem con-
stituendi adimere unquam cogitasse. Quicunque enim &
quotcunque Electoris defectum ætatis patientis educatio-
nem, bonorumque non Electoralium administrationem in
se suscipiunt, haec tenus perinde est, cum ideo nec electio
discors metuenda Imperio sit, nec Electoralium numerus
augeatur. Obmovetur quidem hic ab aliis dubium ex ipsa
A. B. cum expresse statutum videant, ut frater senior
TUTOR pupilli atque ADMINISTRATOR exstat; ma-
nifesto arguento, vocabulum TUTOR, Principis personam,
vocabulum ADMINISTRATOR vero bona re-
spicere. Ait vocem TUTOR hoc loco stricte sumendam
esse,

esse, nec ultra Electoralia officia & inde dependentia extendendam, sanæ interpretationis regulæ docent. Quid enim, quæso, magis absurdum foret, Electoribusque intolerabilius, quam constitutionem, ipsorum jurium augendorum causa editam, adeo in illorum odium detinere, ipsisque præter ullam rationem vetare, quod tam cuilibet, etiam infimæ fortis homini non est interdictum.

§. X.

Postquam ita probatum dedi, patrem ultimo suo elogio privatæ Electoris pupilli tutelæ, quemcunque idoneum judicabit, præficere posse, nunc ulterius procedendum, itidemque ex verbis atque ratione A. B. demonstrandum erit, quod Electoralis officii (*a*) administratio sibi seniori atque proximiiori agnato fit relinquenda, nec pater Elector de eadem testari ullo modo possit. Quod primo ad verba legis attinet, ita mentem suam declarat Carolus IV, ut nullum plane dubium superfit, illum ab administratione eorum, quæ ad publicum Imperii jus pertinent, omnem testamentariam tutelam exulare voluisse. Quippe quum jus tutelæ disertis verbis agnato tribuat, non tantum non distinguit, an testatus, an vero intestatus deceperit Elector, sed etiam conditionis ac modi nodo adeo hanc tutelam cum ipsa in Electoratum successione connectit, ut quilibet successor defectum ætatis patientis una cum Electoratu seniorem & proximiorem agnatum tutorem assumere debeat, donec legitimam XVIII. annorum ætatem compleverit. Deinde graves proflant rationes, quæ legitimam hanc tutelam quam maxime urgent. Praterquam enim, quod nemini liceat de jure Imperii publico pro arbitrio disponere, magni quoque interest Imperii certum atque lege definitum administratorem Electoralis officii esse, ne scilicet super voce & potestate eligendi Regem Rom. ullo unquam tempore dissidi-

C

dia

dia excitari, aut ultima Electoris voluntate numerus Electorum augeri, aut feminæ, extranei vel plebeji ad talis dignitatis fastigium vocari possint.

(a) Sub denominatione officii Electoralis intelligo jus, vocem & potestatem eligendi REGEM Röm. nec non facultatem exercendi ea jura omnia, quæ Electori, qua Electori, competit.

§. XI.

Restat, ut argumentis commonstrem, nec Electoratus administrationem legitimo tutori Electoris testamento adimi posse (a). Sunt quidem, qui existimant, A. B. de solis archi-officiis & juribus, quæ ab iis dependent, intelligendam esse, nec simul ad provincias Electoratum constituentes earumque administrationem extendendam (b). Provocant hanc in rem 1°. ad hujus constitutionis occasionem, quæ erat, ne disceptatio inter Electorum filios super jure, voce & potestate eligendi, & quæ iis cohaerent, oriretur; unde arbitrantur etiam in tutelæ dispositione Imperatorem nonnisi de jure, voce & potestate præfata agere. 2°. Fundant se in ipsis verbis A. B. cuius in toto titulo 7. nulla prouersus mentio principatus aut ejus administrationis fiat, sed tantum constitutio facta sit de jure, voce & potestate eligendi, & quæ iis cohaerent. Quin longe latius clariusque idem innuere affirmanit Sigismundi bullas (c), quæ, dum de succeßione Electorali loquuntur, semper principatus atque dominia recensent, ubi vero de fine tutelæ atque restitutio majori Electori facienda agunt, tantum verba faciunt de jure, voce, dignitate & potestate electionis, ac de omnibus & singulis ab iis dependentibus, certo indicio, tutorem legitimum principatus atque dominiorum administrationem in se haud suscepisse. 3°. Adducunt exempla Joachimi I. Brandenburgici, Friderici IV. Palatini & Friderici V. itidem Palatini Electorum, qui omnes ante XVIII. ætatis annum Electoratus assumferunt administrationem.

tionem. Hæc potiora sunt argumenta, quibus doctrinam suam corroborare student hujus sententiæ patroni; verum omnia illa parum stringere jam erit in aprico, cum singula sub examen vocaturus probavero, tantum abesse, ut nostram thesin evertere valeant, quin potius pleraque, si recte accipientur, eandem mirum in modum firmare atque stabilire possint.

(a) Licet tamen patri Electori ratione principatus administrationis legitimo tutori, si suspectus sit, controles testamento adjungere, quorum communī consilio Electoratus res expedire oportet.

(b) vid. MARQ. LUD. DE PRINTZEN in Diff. Allegat. Sæc. 3. §. 8. & 9.

(c) Apud Goldastum Tom. I. Conf. Imper. p. 398. sqq.

§. XII.

Primo quod ad occasionem constitutionis A. B. attinet, vera quidem illa allegatur, sed male inde colligitur, Carolum IV. tantum hic agere de jure, voce & potestate eligendi. Cum enim Imperator jus primogenituræ per hunc tit. 7. introduxerit, non solum jus, vocem & potestatem electionis devolvi in primogenitos voluit, sed ipsos etiam principatus Electorales, quippe qui secundum tit. 20. A. B. §. 2. cum jure hujusmodi, nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis eis, & cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eisdem adeo conjuncti & inseparabiliter sunt uniti, quod jus, vox, officium & dignitas, alia quoque iura ad quemlibet principatum eorumdem spectantia, cadere non posse in alium præter illum, qui principatum ipsum cum terra, vaillagiis, feudis & domino ac ejus pertinentiis universis dignoscitur possidere (a). Unde mihi potius concludere licet, Carolum IV. seniori fratri juris, vocis & potestatis prædictæ tutelam tribuendo, eundem simul principatus Electoralis administratorem constitutere voluisse. Nec movet me, quod secundo loco producitur argumentum, præterquam enim, quod in d. tit. 7. expressa administratoris mentio fiat, etiam non

incommode sub verbis Bullarum *Et omnia ab ipsis dependentia.* ipse Electoratus intelligi potest (b). Cum enim Sigismundus præsertim officii Electoralis atque Principatus conjunctionem & dependentiam toto contextu & tenore utriusque Bullæ usque & usque ingeminaverit, profus mirum non est eundem noluisse idem quarto ad tandem usque inculcare, sed satis habuisse id generali dependentium nomine indicare, quo certo certius erat, inter alia & Electoratum significari, cum in universo Imperio nihil ita perspectum & exploratum esset, quam principatum Electoriae dignitati semper & perpetuo cohaerere. Accedit, quod nemo hoc ab Imperatoribus fanaticum mirabitur, qui considerabat tutelam fructuarium eo tempore non solum in feudis suis usitatam, sed eandem quoque in Electoribus quodammodo necessariam esse, ut scilicet officium Electorale exercens largiores redditus habeat, quibus tanto honori compar esse, atque onera, quæ secum trahit Electoria dignitas, facile sustinere possit.

(a) Idem firmant verba A. B. tit. 7. §. 2. *Sane generaliter longe latèque est publicum, & quasi per totum orbem notorie manifestum, illustres, Regem Bohemiae — virtute regui & principatum suorum in electione Regis Rom. — ius, vocem & locum habere. Nec non verba DECRETI CAROLI IV. de Jure & Successione Electorum Palatinorum sub dato Norimbergæ an. 1356. apud GOLDASTUM l. c. p. 351. Etiam inventimus & pronuntiamus tanquam ius & pro jure, si ita contingere, quod aliquis ante dictum Duciem Rupertum pro eisdem electione & voce electionis Rom. Regis futuri Imperatoris impetrere vellet, quod hujusmodi in petitionem facere non posset, nec deberet, nisi prius impetraret principatum & terras praenarrati Palatinatus, Archidapserian seu officium Dapserie, vasallagia, & quidquid ad hujusmodi Palatinatum pertinet, & eam obtineat, sicut juris est. Quia nos cum jure & per sententiam inventimus, quod electio & vox super principatum & super terras Palatinatus, & super Archidapserian taliter fundata sunt, quod unum sine altero perfistere non potest, sed oportet ea simul in omni in petitione tam in domino, quam in lauro inseparabiliter permaneare.*

(b) Egregie hoc illustrare potest BULLA CAROLI IV. de Jure & Successione

cessione Electorum Saxonie sub dato Franckenford super Mogano
an. 1376. quarto Idus Junii §. 7. apud GOLDASTUM l. c. p. 372. seq.
Quodsi aliquem ex eis (Electoribus) eorumque proximis successoribus modo praemisso ab hac luce migrare contingeret, qui matrulinis sexus heredes legitimos, laicos post se relinquere, debite patientes defecatum atatis, Extine senior frater, Nephos aut consanguineus proximior in linea genturæ, si frater non extiterit ejusdem defuncti, laicus duxat, dicti pupilli & juvenis, ad quem praeficta devoletur, de jure tutor esse debet & curator, tandem, donec debitam pertingat etatem. Cui etiam juveni, quam cito etatem debitam pertingenti, vocen, ius & potestatem predictæ Electionis, ac omnia & singula ab ipsis dependentia idem tutor sine difficultate & renuntiata qualibet, tenebitur & debet protinus affixare.

§. XIII.

Supereft, ut, quid de prolatis exemplis statuendum sit, dicamus. Et quidem in genere hic moneo, quod in hac materia parum præsidii afferre queant exempla, cum talia nec illis desint, qui testamentariam tutelam etiam quoad Electorale officium locum habere defendunt. Quod vero jam in specie exempla, quæ supra adduximus, attinet, illa certe doctrinæ nostræ præjudicare nequeunt. Nam Fridericus Franconiæ Dux, ad quem tutela Joachimi I. spectabat, non tantum non contradixit factio Electoris homagium suscipientis, sed potius auctor ipsis fuit, ut ab uno & altero ex Imperii principibus quid hac in parte agi debeat, cognosceret. Deinde respondit quidem Joachimo Moguntinus mentem A. B. eam esse, ut primogenitus Electoris secularis in Electoratu succedat, etatem vero, quæ minor fit XVIII. annis, ei successioni plane nihil derogare, nisi quod ab electione Regis Rom. abesse juberet eum, qui XVIII. etatis annum nondum attigisset. CERNITIUS in Descript. Decem è fam. Burggr. Norimberg. Elec. Brandenburg. Verum ne hoc quidem responsum nobis adverfarī potest, cum nemo sit, qui foli Moguntino Electori legem aliquam Imperii fundamenta-

lem authenticæ interpretandi jus non esse ignoret. Minoris adhuc momenti est exemplum Friderici IV. Palatini. Notum quippe est, quod tutor legitimus Casimirus, quamdiu in vivis fuit, & pupilli Electoris tutor, & Electoratus administrator fuerit, quodque is ante finitam tutelam morte præventus Friderico, cuius legitimæ ætati duo faltem menses deerant, occasionem dederit, ut ante annum XVIII. completum Electoratus gubernacula suscepit; nec porro mirandum, repulsa tulisse Richardum Palatinum, qui repugnante A. B. donec Elector Fridericus ætatis annum XXV. lege civili definitum attingeret, sibi terrarum expetit administrationem. FREDERICUS Orat. 2. Denique ne tertium quidem exemplum jus aliquod generale probare conflat. Quis enim tanquam constantem normam universo obtrudet Imperio, quod Johannes Bipontinus sponte sua in Friderici V. Electoris favorem ante tempus finitæ tutelæ se Electoratus administratione abdicaverit.

§. XIV.

Mater
J. Rom.

Secundum inter parentes locum occupat mater. Hæc cum Jure Rom. patria potestate, testamentariae tutelæ fundamento destituatur. §. 3. *Infl. de Tut.* L. 73, §. 1, *de Reg. Jur.* §. 10. *Infl. de Adopt.* olim expediti juris videbatur, eandem nec liberis testamento tutores nominare posse. Verum tamen, quum mater æquali cum patre amore liberos prosequatur, optimumque, quantum in se est, consilium pro iisdem capere presumatur, recesserunt successu temporis quodammodo à juris rigore Romani, atque tutorem à matre datum confirmari a magistratu ex inquisitione justerunt, L. 1. §. 1. L. 2. ff. L. 1. *C. de Conf. Tut.* L. 4. §. 4. ff. *Qui pet. tut.* si modo ipsa suam erga problem affectionem probaret, atque liberos institueret heredes (a), L. 4. ff. *de Test. Tut.* (b).

(a) Gu-

(a) GUTIERREZ de *Tutelis P. 1. cap. 4. n. 4.* sufficere arbitratur, si mater liberos instituat in legitima. Aut verior sententia requirit, ut ipsa ultra legitimam heredes scribat pupilos, cum per illam, quae ex necessitate procedit institutionem, benignam suam voluntatem atque in liberos affectum non proberet. BRUNNEMANN ad L. 4. ff. de test. tut. n. 3.

(b) Obflat L. 4. de test. tut. ubi dicitur: *Quando autem eos heredes non instituerit, solet ex voluntate defunctorum datus tutor à Praesidibus confirmari.* Mira in lege hac concilianda cum L. 4. ff. eod. inter DD. occurrit diversitas. Ego Accedo sententiæ Cujacii, qui ad tit. *Iust. de tut.* negationem expungendam censet. Præterquam enim, quod nec veteres libros nec græcos interpres negationem agnoscere tenuis sit STRAUCHIUS ad *Jus Justin. priv. Diff. 5. Thes. 4.* initialia quoque ejusdem legis 4. C. verba, atque fundamentum, quod in d. l. 4. ff. allegatur: *Ut quasi in rebus potius, quam in personam tutorum dare videatur, idem suadent.*

§. XV.

Longe aliter hic philosophabantur Germani. Quum J. Germ. enim horum mores matri non minus quam patri in liberos potestatem assenserent; Romani autem in hac posuerint testamentaria tutelæ fundamentum, mirum non est, quod ipi introducta ex Jure Rom. tutela testamentaria, matri æque ac patri liberis in testamento assignandi tutores facultatem tribuerint. DN. A LUDEWIG. *Opusc. Misc. Tom. 2. Lib. 4. Op. 3. Diff. 5. not. dd.* Sic vi ORDINATIONIS LIPSIENSIS idem hodieque adhuc observatur, cum ibi quod de patre tutorum ultima voluntate constitutive cautum est, expressis verbis ad matrem trahatur (a). Non negandum tamen, quin & in hac parte mores Germanicos valde turbaverit Jus Romanum; siquidem in multis statutis differentias inter patrem ac matrem ratione tutelæ dationis constitui legimus. Exemplo nobis esse potest RENOV. REFORM. FRANCOE. P. 7. Tit. 1. §. 3. (b), & REFORMATIO WORMATIENSIS de Ao. 1542. Lib. 4. P. 1. tit. 2. (c). Secundum JUS PROV. BORUSS. Lib. 2. tit. 6. art. 1. §. 3. à patre datus tutor confirmari quidem debet, aut sine inquisitione tamen nec præstata cautione;

à ma-

à matre vero datus confirmandus est prævia inquisitione atque cautione præstita (d).

- (a) Welches auch alſo gehalten werden soll, da etwa die Mutter ihren Kindern, oder andern in ihrem Testamente eingesetzten unmündigen Erben vormünder geben und benennen wird. SCHROEER Inst. tit. & Cur. P. I. Q. 4. n. 13.
- (b) So viel nun betrifft die tutores, so in testamentarien geordnet werden, da man niemand Macht dieselbe zu geben, denn die Eltern in aufsteigender Linien, als Vatter und Amher, so die Kinder in väterlicher Gewalt, und auch dieselben in ihrem Testamente zu Erben gesetzt haben. Doch so eine Mutter und Anfrauwo, daß gleichen auch ein Anverwandter, welche die Kinder nicht in ihrer Macht haben, dieselben aber doch zu jren Erben gesetzt, und jnen Vormünder geordnet hätten, so werden dieselbe auch zugelassen, gleichwohl per confirmationem, durch Bestätigung der Oberkeit.
- (c) Gleicherweise mag eine Mutter ihren Kindern ovürcklich nicht Vormünder setzen ohne Bestätigung unsrer als der Oberkeit, dann die Kinder seyn nicht in der Mutter Gewalt, als in des Vatters.
- (d) Es ist aber in diesem Fall nicht mögig, daß zu solcher Bestätigung und Confirmation eine Inquisition, Erfahrung oder Caution und Bürgschaft des geordneten Vormünders oder Curatoris halber geschehe, sondern genug, daß der testirende Vatter sie, die von sich gegebene Vormündere für richtig und genugsam halte und erkenne. Würde aber eine Mutter oder Großmutter ihrem Enkel, den sie zum Erben eingefetzt, Vormünder im Testamente verordnen, so soll solche Inquisition und Caution nicht unterlassen werden.

§. XVI.

Reliqui
Ascendenti-
tes J.Rom.

Progreder ad reliquos parentes, inter quos potissimum Jure Rom. considerandi sunt ascendentibus paterni masculi, qui descendentes ex filii in potestate habent, atque hinc nepotibus neptibusque testamento tutores dare possunt (a), si post mortem eorum in patris sui potestatem non sint recaluri. §. 3. Inst. de Tit. L. I. §. 2. ff. de Test. Tit. Quimodo utilis quoque tutoris datio sit, & è Lege Junia Velleja confirmetur, si quis nepoti, vivo adhuc filio dederit tutorem, modo patre vivente decedat filius, neposque in ipso testamento vel heres institutus sit, vel nominatum exheredatus. L. 10. §. 2. ff. de Test. Tit.

(a) Quia

(a) Quid si nepotes sint? inquit ULPIANUS in L. 6. ff. de test. tut. in appellatione filiorum & iphis tutores dati sunt, videndum. Et magis est, ut iphis quoque dati videantur, simodo liberos dixit: Ceterum, si filii, non continebuntur, aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Hæc lex cum alios juris textus, L. 201. & L. 220. § 1. & 3. ff. de V. S. in quibus filiorum appellatione nepotes contineri dicuntur, offendat, pugnam hanc ut tollerent, varias vias ingredi sunt eruditi. EVERH. OTTO Comment. ad Inst. § 5. Qui test. tut. Verum optime CALLISTRATUS nos docet in d. L. 220. leges necessarium duxisse, ut testator liberorum appellatione uteatur, quotiens omnibus, qui ex eodem genere orti sunt, aliquid præstatum veller; si vero primo gradu tantum succurrere voluerit, ut filiorum nomina usurparet. Generali huic regule inhærent Romani in materia de tutelis, ut ita nulla benigna interpretatione trahi in usum possit, cum expressa lex obstat, nec ultra interpretationis extensiva ratio subfit, cum Nepotibus vel per legitimum vel per dativum tutorum satis prospiciatur.

§. XVII.

Ex consuetudine totius fere Germaniæ filii, cum sua J. Germ. quadra vivere instituant, patria liberantur potestate; atque nepotes avorum potestati non subjiciuntur (a); unde consequens est, nullam inter maternos & paternos ascendentibus esse differentiam, nec hos in testamento nepotibus ex Juris Rom. fundamento tutores nominare posse. Attamen non errant, qui arbitrantur, quod, si heredes avus instituit nepotes, atque ultima voluntate intuitu rerum à se reliquatum tutorem det, hic, modo idoneus reperiat, à magistratu fit confirmandus, licet parentes pupilli adhuc essent in vivis. Ita si defunctis parentibus nepotum tutela avo delata sit, hicque moribundus de idoneo tutore iphis adhuc minorenibus prospiciat, non video, cur à tali tutoris nominatione recessurus fit magistratus, presertim cum ob tenerrimum in nepotes affectum, avi tutorem maxime idoneum elegisse præsumantur.

(a) Ex Jure itaque Rom. est, quando in RENOV. REFORM. FRANCOR. tit. 1. §. 3. patria potestas avo tribuitur. cf. §. 15. not. b.

D

§. XVIII.

§. XVIII.

Extranei
J. Rom.

Reliquos ex ascendentibus, qui liberos in potestate non habent, agnatos cognatosque, & quosvis alios extraneis annumerant Romani. His non permittunt impuberibus testamento tutores nominare, nisi suum erga ipsos affectum probent, illoque heredes instituant; quin ne tunc quidem ipsorum judicium aliter sequendum esse, L. 1. §. 2. L. 4. & L. 5. ff. de Conf. Tut. affirmant, quam si extra illas, quas ex hac institutione capit facultates, nihil in bonis habeat pupillus, atque laudatus tutor habita à magistratu inquisitione idoneus proniciatus fuerit.

§. XIX.

J. Germ.

Jure Germanico si extraneus heredem scribat minorem, ille aut nexibus potestatis parentum subest, aut iis defunctis alius cuiusdam tutela subjacet. Priori casu, cum educationi ejusdem naturali ratione fatis prospectum esse præsumatur, certum est, extraneum non quidem de minoris persona, ast bene tamen de bonorum, quæ ipsi reliquit, administratione disponere posse, modo electus tutor magistratus approbetur confirmatione. In posteriore casu arbitror itidem idoneum tutorem, quem extraneus minoris educationi præficit, à magistratu confirmatum iri, præsertim si suorum bonorum heredem sub tali conditione faciat pupillum, qui antea vel nullum, vel faltem ratione ejus hereditatis patrimonium habuit valde exiguum.

CAP. II.
QUIBUSNAM TUTORES TESTAMENTO
DENTUR.

Liberis
suis & Im-
puberibus
J. Rom.

UT parentes Jure Rom. liberis tutores testamento re-
ste dare potuerint, duo requirebantur; scilicet ut
eos

§. XX.

eos in potestate haberent , nec quis post ipsorum fata adesset , in cuius reciderent potestatem , atque ut liberi in impubere adhuc ætate essent constituti . S. 3. *Inst. de Tut.* Hæc si aderant requisita , à parentibus ad tutelam vocati ipso jure tutores erant , omnibusque legitimis preferabantur . pr. *Inst. de Leg. Agn. Tut.* L. 11. ff. de *Test. Tut.* quin benignam in testamentaria tutorum electione admitterent interpretationem , ita ut , si pater filiis suis tutorem dederit , tam filiis , quam filiabus dedisse videretur . L. 16. pr. ff. de *Test. Tut.* nec non si filio tutorem dederit , & plures filios haberet , omnibus dedisse videretur . d. L. 16. §. 1. modo quemquam ex eis se in potestate habere non ignoraverit , nec aliquem decepsisse certus fuerit , tunc enim , licet filiorum nomen & hos admittat , tamen , quia de ipsis non sensit , cessare in personas eorum dationem dicitur in d. L. 16. §. 3. & 4.

§. XXI.

Ab his Romanorum institutis divortium fere faciunt J. Germ. mores Germaniæ . Quamvis enim Germani ex Rom. jure testamentariam tutelam receperint , non ita liberum tam parentibus tutores instituendi concesserunt arbitrium , ut ab his nominati ipso jure essent tutores , sed potius voluerunt , ut magistratus , quorum vicarii sunt tutores , etiamnum liberas retinerent in æstimandis tutoribus manus (a) , atque facultatem haberent , tutores , licet testamento parentum vocatos , rejiciendi , si mores , vel patrimonii exigutas eos suspectos redderent . Ita quoque , quum inter tutelam atque curam differentia in plerisque Germaniæ terris locum haud inveniat (b) , quumque Germani vix inter pubertatem atque majorenitatem discrimen aliquod statuant , sed ætatem generali divisione inter pupillarem (*Unmündig,*) & majorenem (*Mündig,*) distinguant , mirum profus non est , quod Germanico jure tutor , secundum patris voluntatem à magistrati confirmatus

tus, non ad pubertatem, sed ad majorēnitatem usque tutelam continuet, atque sic puberi etiam testamento tutor dari queat (c).

- (a) In ORDINAT. POL. de an. 1548. tit. 30. § 1577. tit. 32. §. 2. expresse cautum est: Dass ein jeglicher Vormünder er sey gleich testaments weis verordnet, oder durch das recht, oder den Richter gegeben, sich der Vormundschafft nicht unterziehen soll, die Verwaltung seye ihm dann zuvor durch die Obrigkeit decernirt und befohlen.
- (b) STRYK. Us. mod. ff. Lib. 26. tit. 1. §. 6. Iq. Sunt tamen statuta Germania provinciarum; que inter tutelam atque curatam delictorum faciunt. TYROL. Lands- Ordin. L. 3. tit. 25. Ordines no[n]r, dass sich die Gerblschaft im XVI. Jahr des Pflegkinds endet, wo aber das Pflegkind nich[er] geschickt were seine Guter zu verwahren, so solle ihm ein Curator (den wir in unserm Land einen Amtsweiser nennen) zu geordnet, der soll allernästen, wie die Gerhaber zu handeln und zu thun in Pflicht genommen werden, und sein Amt während bis in das XXV. Jahr. Simile quid statuitur in ORD. POL. MAGDER. de an. 1688. cap. 43. §. 35. & in BRUNSWIC Confisit tit. 23. vid. DN. A LUDEWIG l. c. Diff. 2. not. ff.
- (c) ORD. POL. de an. 1548. tit. 30. §. 1. Iq. § 1577. tit. 32. §. 1. zu verordnen, dass den Pupillen und minderjährigen Kindern jederzeit bis zu ihren vogelbaren Jahren kommen, Vormünder und Vorsteher, da die ihnen von ihren Eltern in Testamenten oder letzten Willen nicht verordnet — gegeben werden.

S. XXII.

Postumis.

Patrem in liberorum favorem optimum quemque tutorem eligere leges Rom. præsumunt, unde minime miror, easdem postumis etiam filiis vel nepotibus (qui, quoties de commido ipsorum agitur, pro jam natis habentur. L. 7. ff. de Stat. Hom.) testamento tutores dare parentibus permittere, modo hi in ea causa sint, ut, si vivis parentibus nascantur, in potestate ipsorum futuri sint, nec testamentum agnascendo rupturi. §. 4. Inst. de Tut. L. 1. §. 1. ff. de Test. Tut. Estque hoc adeo verum, ut, licet quis solis filiis vel filiabus dederit tutorem, nulla facta postumarum, vel postumarum mentione, tamen &

& his dedisse videretur, quia filii vel filiæ appellatione postumus vel postuma continetur. §. 5. *Inst. Qui test. Tis. L. 5. ff. de Test. Tut. L. 164. ff. de V. S.* Ita si postumis simpliciter tutor nominatus fuerit, tam filios postumos, quam cæteros liberos sub hac denominatione comprehendendi dicitur in L. 6. ff. de Test. Tut. & ULPIANUS in L. 16. §. 5. ff. d. t. docet, quod, si pater postumo de tutori in testamento prospexerit, isque eō vivo nascatur, quamvis stricto jure ob L. 164. ff. de V. S. nominatio valere non possit, utilis tamen datio fiat. Sequitur quoad hanc doctrinam fere Jus Rom. Germania.

§. XXIII.

Ex nimia, qua olim patres Romani gaudebant, liberos exheredandi libertate, quoque nexus patriæ potestatis non solvebatur, L. 20. ff. de Bonor. poss. contr. tab. factum, ut quis exheredato filio tutorem supremis tabulis dare potuerit. L. 4. ff. de Test. Tut. Verum cum hac potestate abuteretur parentes, atque sepe sine iusta causa liberos suos exheredes scriberent, his succurri æquum vi-
sum est, atque testamenta parentum, qui tam maligne
de sanguine suo judicarunt, furoris colore in totum re-
scindi, L. 8. §. penult. L. 28. in fin. ff. de Inoff. Test.
Hinc non raro eveniebat, ut tutoris datio in testamento,
in quo filius exheredatus erat, effectu destitueretur, at-
que mota querela eventuali tutoris in testamento dati
confirmatione opus esset. Rei enim judicatae eventus de-
mum declarabat, utrum ex testamento patris, an ex
Prætoris decreto auctoritatem tutor acciperet. L. 26. §.
2. ff. de Test. Tut. Ita res fœsi habebat, donec mutatio-
nem aliquam introduxerit Justinianus, qui liberos exhe-
redandi facultati certiores limites posuit, atque justas ex-
heredationis causas in Noz. 115. cap. 3. exprefsit. Per
hanc enim legem vix juste quidem exheredes scribi pos-
sunt impuberes, ast major tamen regulæ, quod pater

D 3

exhe-

Exhereda-
tis J.Rom.

exheredato tutorem dare testamento possit, tribuitur effectus, cum Imperator expresse caveat, ut, evacuato licet inofficisio querela, quoad heredis institutionem, testamento, tutorum tamen dationes adimpleri debeant, ac si in hoc capite non rescissum obtineat testamentum.

§. XXIV.

J. Germ.

Hodie in Germania, ubi jura tutelæ atque curæ confusa sunt, puberibusque tutores scribi testamento possunt, frequentius fieri potest, ut quis iuste exheredatus tutorum ex ultima patris dispositione accipiat. Interim non defunt tamen Germaniæ statuta, qua expresse requirunt, ut liberi, quibus tutor testamento datur, heredes scribantur. vid. RENOV. REFORM. FRANCOF. tit. I. §. 3. atque ORD. LIPSIENSIS, apud SCHROEER l. c. n. 13.

§. XXV.

Emanci-
patis &
Naturali-
bus.
J. Rom.

Cum patriam potestatem fundamentum tutelæ dationis esse Romani voluerint, expediti juris erat, patrem liberis emancipatis naturalibusque tutores nominare testamento non posse. Verum docente natura, etiam hos ipsos tenerimo parentes complecti affectu, aliquatenus à stricto jure recessum fuit, datusque testamento tutor ad tutelam admissus, ita tamen, ut ex sententia praefidis confirmandus esset sine inquisitione. §. 5. *Inst. de Tut. L. 4. C. de Conf. Tut.* modo naturali filio aliquid reliquerit testator; alias enim tutor datus nonnisi habita inquisitione confirmaretur. *L. 7. ff. de Conf. Tut.*

§. XXVI.

J. Germ.

Germaniam quod attinet, pater emancipato ultima voluntate tutores dare nequit; idque non quidem ex eo fundamento, quod STRYK. in *Ust. Mod. ff. tit. de Conf. Tut.* §. 2. & HOPPIUS ad *Inst. L. 1. tit. 13.* §. 5. allegant, quia nimurum hodie vix emancipari solent impuberes.

Cum

Cum enim pūberibus quoque tutores testamento nominentur, hæc ratio utique nō strigit: sed potius ex eo, quod itatim, ac parentes liberos emancipant, ipsis alii tutores constituantur. STRYK. *I. c.* Ita nec casus, ut pater naturali filio testamento det tutorem, existere potest, quippe reprobato per REFORM. POL. RATISBON. de *Ao. 1530. tit. 33. von leichtfertigen Beywohnungen*, & per ORD. POL. FRANCOF. de *Ao. 1577. tit. 26. concubinatu*, naturales liberi in sensu Rom. hodie non amplius dantur. Annotat vero BRUNNEMANNUS ad *L. fin. C. de Conf. Tut. n. 3.* quod ea, quæ de naturalibus liberis in jure sunt disposita, ad eos trahi soleant, qui extra matrimonium, à certo tamen patre, geniti sunt.

§. XXVII.

Generalis Juris Rom. regula est, tutorem personæ *Certæ rei.* dari, non rei. *L. 14. ff. de Test. Tut.* hinc etiam ULPIANUS in *L. 12. ff. b. t.* & cum eo JUSTINIANUS in §. 4. *Inst. Qui test. tut.* concludit, quod certæ rei tutor dari non possit. Imo si datus fuerit, totam dationem nihil valere, docet POMPONIUS in *L. 13. ff. eod.* Hactenus bene omnia conspirant, verum circulos quam maxime turbare videtur *L. 15. ff. d. t.* ubi ULPIANUS affirmat, quod, si tutor rei Africanæ detur, vel rei Syriacæ, utilis datio sit; hoc enim, inquit, jure utimur. Variae occurunt in LL. hisce conciliandis DD. sententiae. Mihi verus easrundem sensus hic esse videtur. *LL. 12. 13. & 14.* regulam continent, *L. vero 15.* exceptionem benigna interpretatione introductam. Nimirum postquam ex constitutione L. Septimii Severi & Antonini Caracallæ, quam MODESTINUS in *L. 10. §. 4. ff. de Excus. Tut.* exhibet, tutor testamento datus ab administratione earum rerum, qua in alia provincia erant, liberare se poterat, atque alius eo in casu à Praefidibus constituendus erat, *L. 21. §. 2. ff. eod.* ipsa ratio perfusat Romanis, ut patri pupil- lis

lis ab his ambagibus cavere, atque iisdem etiam intuitu illorum bonorum sua providentia de tute prospicere permetterent. Moribus Germaniae, cum saepe pro causa, rum diversitate, diversi etiam pupillo sint tutores. Dñs a LUDEWIG Tom. 2. Lib. 4. Opus. 3. Diff. 10. & not. II. patribus rei certae tutorem instituendi non deneganda videtur facultas, potissimum si bona diversis subjecta sint jurisdictionibus.

CAP. III.

QUINAM HABILES SINT, UT TESTAMENTO TUTORES NOMINARI POSSINT.

S. XXVIII.

Explic.

L. 21. ff.
de test. tut.

Progrederior ad tertium hujus Dissertationis membrum, in quo querendum, quinam habiles sint, ut testamento tutores nominari possint? PAULUS JCtus breviter ad hanc quaestione respondet: *testamento tutores haberi possunt*, inquit, *cum quibus testamenti factio est.* L. 21. ff. de Test. Tut. Disceptatur inter eruditos, quanam testamenti factio hoc loco intelligatur, utrum activa, an passiva? Liceat mihi cum LAUTERBACHIO facere, qui in Collegio ff. tit. de Test. Tut. §. II. de passiva testamenti factione d. legem interpretatur. Præterquam enim, quod filius fam. qui testamentum condendi jus non habet, tutor tamen testamento dari possit, eadem sententia quoque firmatur ab ULPIANO, qui tit. II. §. 16. afferit, quod, quamvis testamenti factio Latino Juniano competit, ipse tamen per legem Juniam tutor dari nequeat. Atqui, cum notum sit, quod Latinus Junianus activa testamenti factione gavifus non sit, IDEM tit. 20. §. 14. sequitur, quod Ulpianus de nulla alia, quam de passiva testamenti factione, quæ Latinis, si mortis testatoris tempore, vel intra diem

diem cretionis cives Romani sint, tribuitur, *IDEM tit. 17.*
§. 1. tit. 22. §. 3. fermonem facere potuerit. Obmovetur
 quidem ab aliis, quod passiva testamenti factio locum hic
 invenire ideo non queat, quia alias feminæ, quæ here-
 des institui possunt, etiam tutrices esse possent; verum
 recte monet *LAUTERBACHIUS*, quod regula hæc semper ac-
 cipiatur de personis de cætero habilibus, quæque non
 diferte prohibentur.

§. XXIX.

Publicum munus tutelam esse, placebat Romanis. *pr. Servi*
Inst. de Excus. hinc servos, quibus nulla in republ. pars
 erat, quique pro nullis & mortuis habebantur, *L. 32.*
L. 209. ff. de Reg. Jur. à tutela gerenda arcebant. *L. 7. C.*
Qui dare tut. Igitur si quis servum aliquem testamento
 tutorem instituerit, ut recte tutor hic esset, requireba-
 tur, ut libertatem consequeretur. Servus, qui ultimis
 elogijs tutor nominatur, vel testatoris proprius est, vel
 alienus. Proprium quod attinet, olim per Legem Fusiam
 Caniniam, quæ, ut libertates servis testamento nomina-
 tam darentur, cavebat. *ULPIANUS tit. 1. §. 25.* aliter rata
 non erat hujus in tutorem electio, nisi simul libertate
 eundem expressis verbis condonaret testator. Sequenti
 tempore contra stricium hoc jus libertatis & pupillorum
 favore introductum fuit, ut per fideicommissum manu-
 misse servum videretur testator, qui ipsum, et si non ad-
 scripta libertate, tutorem filii suis dederit. *L. 9. C. de*
Fideic. tib. L. 10. §. ult. ff. de Test. Tut. dummodo libe-
 rum non putaverit, quem tutorem scripsit; hoc enim in
 casu neque libertatem peti potuisse, neque tutelam liber-
 tatis præstationi fuisse patrocinatam legimus in *L. 24. §.*
9. ff. de Fid. lib. & L. 22. ff. de Test. Tut. Ex hac mu-
 tatione alia oriebatur difficultas, nimirum quomodo ser-
 vus ad libertatem pervenire poshit, si pupilli sint heredes?
 cum enim hi ex cœla fideicommissi sine tutoris auctoritate

tate manumittere nequeant, *L. 11. ff. de Fid. lib.* nec habentibus tutores tutor dari possit, *L. 27. pr. ff. de Test.* *Tut.* impedita fideicommissa videtur fuisse libertas. Verum PAULUS *L. 4. Sent. tit. 13. §. ult.* nos docet, quod absentium vice interim habitifuerint pupilli, ut ex SCto Damiano competere libertas potuerit. *L. 36. ff. de Fid. lib.* Denique Justinianus, magnus ille libertatis patronus, ut omnem hanc subtilitatem succideret, statuit, ut directam tacite accepisse videretur libertatem servus, qui tutor nominatus fuit. *S. 1. Inst. Qui test. tut. L. 5. pr. C. de Necess.* *Serv. hered. inst.* si modo non per errorem quasi liber, vel sub conditione, quum liber erit, datus sit. *d. S. 1. Inst.* Hæc de servo proprio. Alienus sub conditione, si liber erit, utiliter dari potest tutor, imo si pure datus sit, conditionem hanc insue videri ULPIANUS scribit, in *L. 10. §. 4. ff. de Test. Tut.* Contraria sententiam fovet JUSTINIANUS, qui in *S. 1. Inst. Qui test. tut.* expresse dicit: Servum alienum pure inutiliter testamento dari tutorum. In duobus his textibus conciliandis valde laborant interpretes. vid. BACHOVIVS *ad d. S. 1. Inst.* Mihi verior videtur THOMASII opinio, qui in *notis ad d. l.* in his legibus Antinomiam adesse arbitratur. Placet mihi ideo præ cæteris hæc sententia, quod ex *L. 9. C. de Fid. lib.* appetat, Justinianum in hac materia plane fibi non constare; cum enim Rescriptum Impp. Valeriani & Gallieni codici suo inferi curaverit, nihil aliud egit, quam ut diserte suis contradiceret Institutionibus, atque sententiæ ULPIANI, quam in *d. L. 10. §. 4. ff.* proponit, suffragaretur. Quippe dum modo laudati Imperatores affirmant, Prudentibus placuisse, ut si quis non adscripta libertate alienum servum, conditionem ejus sciens, tutorem feriperit, æque ac servo proprio fideicommissaria libertas data sit, nisi aliud evidenter defunctum sensisse appareat, aperte alludere videntur ad *d. l. ULPIANI*, ubi ita scribit: *Potest autem quis & extraneo servo defendere*

dere ex hac causa fideicommissariam libertatem. Quid enim interest suum servum, an alienum tutorem scriperit, cum pupilli favore, & publicae utilitatis adsumta libertas sit in persona ejus, qui tutor scriptus est? Potest igitur & cuius fideicommissaria libertas defendi, si voluntas apertissime non refragetur. Itaque si dicendum, quod res est, cum Codex Institutionibus deroget, si servus alienus tutor datus fuit testamento, sive cum libertate, sive absque libertate, semper fideicommissaria ipsi competit libertas, nisi testator ipsum servum esse ignoraverit, vel evidenter aliud senferit. d. l. 9. C. Imo quamvis alius tutor pupillis sit, servus tamen alienus, quem tutorem esse voluit testator & liberum, & redimi & manumitti & curator adjungi jubetur. in L. 5. C. de Test. Tut.

§. XXX.

In Germania cum homines proprii, licet glebae ad- J. Germ.
scripti, sibi tamen vivant adquirantque, haud dubie et- & Gall.
iam, si idonei reperiantur, tutores dari ab hominibus
propriis ejusdem loci possunt, nec ideo opus erit manu-
missione. Quodsi vero dentur tutores ab hominibus pro-
priis loci alterius, non confirmabuntur à magistratu,
quia magistratus non solet confirmare nisi eos, qui in eo-
dem loco & subditi sunt ob rationes annuatim reddendas.
Multo minus ergo confirmabuntur, si dentur à civibus
urbicis, præterquam enim, quod dicta ratio & hic va-
leat, accedit, quod ejus generis homines non ad alias
artes edacentur, quam ad agriculturam & fordida officia
alia, quo rerum statu habiles vix sunt ad fuscipendam
tutelam, tantum abeunt, ut alii præferri mereantur. THO-
MASIUS in not. ad Inst. L. 1. tit. 14. p. 79. DN. A LUDE-
WIG Opusc. Misc. Tom. 2. Lib. 4. Opusc. 3. Diff. 9. n. ii.
In Gallia, ubi servitus locum non invenit, doctrina hæc
inutilis est. Quod vero ad Americæ insulas attinet, ubi
servos Galli alunt, ratione tutela ita disponitur in Art. 56.

EDICTI REGII Mens. Mart. A. 1685. *Les Esclaves, qui auront été — par leurs maîtres — nommés tuteurs de leurs enfans, seront tenus & reputés, & les tenons & reputons pour affranchis.* Idem repetitur in Art. 51. **EDICTI REGII Mens. Mart. A. 1724.**

§. XXXI.

Privati
Illustribus
J. Germ.

Gravis hic à Germanis JCTis proponitur quæstio, an Principi Statui Imperii tutor præfici testamento possit persona dignitate longe inferior? CARPZOVIUS in Decis. 120. id sequentibus affirmat argumentis. 1º. Quia ratione administrationis tutelæ inter personas constitutas in dignitate & inter homines privatos nulla diversitatis ratio assignari potest. 2º. Quia nullibi tutela illustrum pupillorum à generali juris Rom. regula, quod pater filii suis impuberibus in potestate sua constitutis tutores in testamento dare queat, quoscumque velit, reperitur excepta; quin eo facilius id Principi, quam privato licere debere arbitratur, quo maius in Principum tutelis versari soleat periculum. 3º. Provocat ad Rescript. Impp. Valentiniani, Theodosii & Arcadii, quod extat in L. 1. C. de Tut. vel Cur. Illustr. 4º. Adducit exemplum Marchionis Bardenensis, qui Principibus pupillis nominavit Cancellarium suum tutorem, ab ipsa Imperii Camera Ao. 1589. confirmatum. Opposuerunt se Carpzovio SCHILTERUS in Exerc. ad ff. 37. §. 10. sqq. atque DN. A LUDEWIG Opusc. Tom. 2. Lib. 4. Opusc. 3. Diff. 7. not. bb. qui infirmatis ejus argumentis, fortioribus, & ex ipsa Imperii Rom. Germanici indele petitis rationibus defendant, non nisi illustrem illustri pupillo præfici tutorem posse (a). Primum, quod adduximus Carpzovii argumentum falsum esse exinde apparet, quoniam in administratione tutelæ pupilli illustris, qui Jus Status obtinet in Imperio, tutor jure fessionis atque suffragii in comitiis Imperii & circularibus uti, atque investituram ab Imperatore & Imperio tutoris nomine acci-

accipere debet, quæ tamen omnia vix ac ne vix quidem in alium, quam dignitati pupilli fere æqualem cadere posse videntur. Ita nullius quoque momenti est secunda ratio, quamvis enim nullibi prohibitum sit, privatos illustribus tutores dari, ipsa tamen rei natura, atque Imperii Rom. Germanici forma huic tutelæ adverfatur. Quis enim est, qui non intelligit, Principem Imperii, in quo tot & tanta sunt inter illustres atque plebejos discrimina, erubescere, cum ad majorennitatem usque ab hominis ignobilis, tutoris sui, pendere se imperio videat? Ita nec mihi liquet, quomodo magis, quod in Principum tutelis versatur periculum, nos inducere valeat, ut ad eas admittamus privatos, quos vix capaces esse eorum, quæ in administratione tutelæ illustris occurunt, supra annotavimus. Porro Rescriptum Impp. in quo assertio-
nis suæ fundamentum querit Carpzovius, ejus firmare sententiam nequit. Nam ut jam taceam diversas illius le-
gis interpretationes, probato etiam sensu, quem d. au-
ctor ipsi tribuit, ipsa hæc constitutio ad statum præsen-
tem Imperii Rom. Germ. applicari non potest. Maxima
quippe intercedit differentia inter pupilos illustres Ro-
manos, qui in privatorum erant numero, & inter pu-
pilos Principes Imperii, qui terras & provincias regendas possident. Denique exemplum Marchionis Badensis quod attinet, hoc & similia, quæ in Germanicis annalibus for-
te reperiuntur, nihil aliud, quam abusum juris peregrini docere possunt, præsertim cum LUDEWIGIUS l. c. anno-
tet, quod mediæ ævi monumenta alia tutelarum genera
neciant inter illustres, quam parilis fortis & dignitatis
æqualis.

(a) Possunt tamen tutoribus illustribus in testamento adjungi infe-
rioris dignitatis tutores, qui illos consiliis suis adjuvant, quique
ipsam quandoque tutelam administrant, illis scilicet his tribuen-
tibus auctoritatem. STRYK. Uf. Mod. ff. Lib. 26, tit. 1. §. 15.

S. XXXII.

Filiī fami-
lias.
J. Rom.

Cum apud Romanos, qui passim testamenti factio-
nem habent, tutores ultimis tabulis institui possint, fe-
quuntur, quod tam patresfamilias, quam filiifamilias dari
tutores testamento queant. pr. *Inst. Qui test. tut.* nec ob-
stat, quod in potestate patris existat filius, atque ideo
nullum in sua potestate habere possit. L. 21. ff. de *Lege*
Jul. de Adult. Primo enim publicis muneribus tutelam
accensit Romani, pr. *Inst. de Excus.* & in his loco pa-
trumfamilias esse volunt filios. L. 9. ff. *De his, qui sūi.*
Deinde notum est, quod tutor pupillum non habeat in
potestate patria, sed duntaxat sub directione, ut adeo
alleg. l. 21. quæ de eodem genere potestatis loquitur,
juris Rom. circulos turbare hic non valeat. VNNIUS ad
pr. *Inst. d. t.*

J. Germ.
& Gall.

Contrarii his Romanorum placitis sunt Germanorum
mores, quippe juxta quos nullius utilitatis est regula Ju-
ris Rom. quod filiifamilias in publicis negotiis habeantur
pro patribusfamilias, cum ipsi publica munera atque of-
ficia gerere non soleant. Porro ex aliis quoque rationib-
us tutor Jure Germanico non erit, qui adhuc patriæ
sue est potestati. Exeunt enim plerumque ē patria potes-
tate filii majorennes, dum separata m patre instituunt
œconomiam, minorennes vero à magistratu tutores non
confirmantur. Imo eti majorennis, qui adhuc patriæ
domus pars existit, tutor ab aliquo nominaretur, nec
hunc, facultatibus fere desstitutum, tanquam inidoneum,
à magistratu confirmatum iri, arg. ORD. de A. 1577.
tit. 32. recte monet THOMASIU in not. ad h. t. *Inst. p. 78.*
Simili modo nec in Gallia filiifam. qui in terris etiam ju-
ris scripti nullis publicis admoventur muneribus, tutelæ
oneri subjiciuntur. FERRIERE *Inst. L. 1. tit. 14. pr.*

S. XXXIV.

§. XXXIV.

Minores XXV. annis, furiosos & alterius civitatis cives tutores dari, partim natura atque tutela indoles, partim leges prohibent. §. 13. *Inst. de Excus.* §. 2. *Inst. Qui test. tut. L. 5. C. Qui dar. tut.* Possunt tamen hi omnes testamento tutores institui. Etenim magnus ille favor, quem paterno judicio Romani attribuerunt, eos etiam permovit, ut si pater minorem aut furiosum tutores liberis vel pure nominasset, hanc eorum electionem non inanem esse voluerint, sed ipsos, dato interea temporis curatore, cumprimum maiores vel compotes mentis facti fuissent, ad tutelam admiserint. §. 2. *Inst. Qui test. tut. L. 10. §. 7. ff. de Excus.* L. 11. *ff. de Tut. L. 10. §. 3. ff. de Test. Tit.* Porro magistratui tutorem ex alia civitate ortum dare ob duplarem rationem non licuit, partim, quia ipse in alia civitate degentium mores atque facultates noscere non posse presumuntur, partim, quia tutoris datio ad jurisdictionem spectat, cuius fines servare magistratum oportet. Neutra harum rationum cadere in patrem ultima voluntate tutores constituentem potest. Presumunt enim leges, hunc nonnisi eos liberis nominare tutores, quorum mores atque facultates probe perspectas habet, & de quorum fide ipsi dubitare nullatenus licet. Ita quoque pater, dum de tute liberis prospicit, non jurisdictionem exercet, sed naturalem erga prolem affectum sequitur, qui parentes eo inducit, ut illi tutelam committant, quemcunque ad hanc spartam maxime idoneum judicant, sive in hac civitate, sive in alia domicilio habeat. §. 32. *pr. ff. de Test. Tit.*

§. XXXV.

Diversa hic sunt Germanorum instituta. Cum enim J. Germ. omnes tutores confirmatione judicis indigeant, atque magistratibus jus sit, testamento datos tutores prætereundi,

undi, si id è re pupilli esse videatur, facile apparet, hos minime omnium tutelam minoribus vel furiosis testamento destinatam suspendi esse paucos, sed mox alios datus, qui non deponant tutelam, cum vel maxime illi testamento dati minores iustam attigerint etatem, vel furiosi resipuerint (a). THOMASIUS not. ad Inst. L. 1. tit. 14. p. 79. Deinde magistratum, cui tutores confirmare incumbit, nonnisi suæ jurisdictioni subiecto pupillorum tutelam decreturum esse, certum est: Inidoneum enim judicabit tutorem, quem non statim ac moras nequit ad reddendas rationes adigere potest (b).

(a) Jus Rom. repetitum est in STAT. HAMBURG. P. 3. tit. 6. n. 3.
Und dofern etwa ein standloßer oder minderjähriger im Testamente zum Vormund gesetzt, oder benennt worden, soll derjelbe ebe nicht, denn er wiederum zu seinem gefindsten Verstande kommen, oder sein vollkommen Alter erreicht, zu der Vormundschaft verflattet, und immittelst an dessen statt den Pupillen ein ander Vormund oder Curator verordnet werden.

(b) Speciatim hoc cavitetur in JURE LUBECENSI L. 1. tit. 7. art. 2. Es soll kein Fremder, so dieser Statt Bürger nicht ist, zu unmin- der Kinder Vormundschaft gelassen werden. Et in STAT. MIN- DENSIS Lib. 2. tit. 3. art. 6. Es sollen aber keine ausländische, son- dern Bürger und Bürgerkinder, darüber der Rath zu gebieten hat, zu Vormünder gesetzet und gegeben werden.

S. XXXVI.

Debitores & Credito-
res.
J. Rom.

Debitores pupilli, creditoresque jure Pandectarum atque Codicis tutela admotos suffic plures leges docent. L. 5. §. 4. L. 9. §. 5. ff. de Adm. Tut. L. 7. C. de Excis. Tut. L. 8. C. Qui Dur. tut. Imo poterat eo jure tutor tutela durante creditoribus pupilli exsolvare, ut ipse in eorum locum succederet. L. 12. ff. de Reb. Eor. qui sub Tut. Omnia hæc, pupillorum saluti prospecturus, im- mutavit Justinianus Imp. qui, ne forsan tutela ipsis fiat interitus rerum propriarum, perfidis tutoribus aut cau- tione furantibus, aut alias probationes, quæ erant pupilli, corrumptibus, nova constitutione omnes, qui obligatum

tum habent pupillum, vel qui aperte obligati existunt, à tutela arcebant, atque tutoribus non tantum, donec tutores sint, sed etiam post finitam tutelam omnibus cessionibus sub gravi poena interdixit. *Nov. 72. cap. 1. sq.*
*Auth. Minor. debit. C. Qui tut. dar. Quæritur, an hæc constitutio etiam tutores testamentarios respiciat? Plurimi Dd. distingunt, an testator, qui talem tutorem dedit, sciverit ipsum esse creditorem vel debitorem, an illud ignoraverit. Priori casu arbitrantur valere dationem, quia tutoris fides atque diligentia ab ipso testatore est probata. In posteriori casu non valere dationem putant, quia non videtur ejus fidem approbassem testator, quem talem ignorabat. MONTANUS de *Tut.* cap. 9. n. 72. CARPOZOV. P. 2. *Conf. 11. Def. 19. n. 2. & 3.* Attamen verior mihi videtur eorum sententia, qui statuunt, Justinianum & testamentarios tutores, si creditores pupillorum sunt vel debitores, ad tutelam plane non admitti voluisse, si quidem generalis est ejus constitutionis locutio, dum in *cap. 1.* disertis verbis dicit: *Ut, si quis obligatum habuerit minorem, aut ejus res, hunc non omnino ad curationem ejus, vel si à legibus vocetur, accedere.* Iterum: *Hac itaque lege tutissima colligetur, ut nullus eorum, qui obligatas perhibent habere res defuncti -- ad curationem ejus accedant.* Repetuntur generalia hac verba ab eodem Imperatore in *Nov. 94 pr.* ut adeo ipsa lege inter tutores non distingueat, nos aliquam admittere distinctionem non debeat, præcipue cum ubi eadem ratio est, ibi legis quoque dispositio eadem esse debeat, atque ratio, que Imperatorem movit, ut dictam constitutionem ferret, quamque in *Cap. 1. & 3.* ipse allegat, in quibuscumque tutoribus procedat. Nec porro obstare hic patris potest approbatio, utpote quæ legi præjudicare nequit, & contra legem facta nullum producit effectum. Denique firmatur hæc sententia per *Nov. 94. Cap. I.* Ubi ob plium circa liberos amorem ab hac prohibitione excipiuntur mater &*

F

avia

avia creditrices, & debitrices. Confirmat autem exceptio regulam in casibus non exceptis. LAUTERBACH. *Colleg. ff. Lib. 26. Tit. 1. §. 18 & 19.*

§. XXXVII.

J. Germ.
& Gall.

Postquam igitur de mente Juffiniani Imp. constat, nunc videndum etiam est, an hodie semper creditores, & debitores excludendi sint a tutela, ipsis parentum affignata testamentis? & arbitror quidem, quod, sicubi causus emerget, ut quis creditorem vel debitorem suum tutorum liberis nominaret, Magistratus ex persona dati tutoris aestimaturus sit, utrum ipsi tutela tuto committi queat, vel non, potissimum cum appareat, quod testator conditionem ejus, quem tutorum scripsit, non ignoraverit. In Gallia certe Juris Scripti provinciis creditor vel debitor conditionem suam evulgare non cogitur, si a testatore tutor datus fuerit. Ita enim judicatum esse à Gratianopolitano Senatu an. 1461. 6. Febr. ex BUGNYONIO de *LL. abrog.* refert DIONYS. GOTHOFREDUS in *notis ad L. 8. C. Qui dar. tut. u. 37. cf. FERRIERE Diff. art. Tuteur.*

§. XXXVIII.

Matres
J. Rom.

Moribus Romanorum, quibus foro atque concionibus immisceri feminis proborum erat, quique propter sexus infirmitatem & rerum forensium ignorantiam perpetuae tutela easdem subjiciebant ULPIANUS *Lib. 11. §. 1.* mulieres omni tutela, quippequam administrare masculorum munus esse & ultra lequieris sexus infirmitatem existimabant, procul arcebantur *L. 1. §. 1. L. 10. pr. ff. de Leg. Tut. L. 18. ff. de Tut.* atque inde ne matri quidem communium liberorum tutela mandari patris testamento poterat *L. 26. pr. ff. de Test. Tut. L. 5. §. 8. ff. de Adm. Tut.* In sequenti tempore, uti sub Imperatoribus paulatim perpetua mulierum tutela evanescere

scere coepit, ita etiam hi ex gratia & privilegio feminas, quæ specialiter filiorum tutelam postulabant, ad eandem admiferunt. *L. 18. ff. de Tut.* Unde CAJUS *L. 16. ff. Eod.* scribit: *Tutela PLERUMQUE virile officium est.* Fuerunt tamen tum temporis rara ejusmodi privilegia, siquidem adhuc Severus Alexander Imp. tutelam administrare virile munus, & ultra sexum femineæ infirmitatis officium esse affirmat. *L. 1. C. Quando mul. tut. off.* Longius hac in parte progressi sunt, pleniusque jus matribus afferuerunt Edicto suo Impp. Valentinianus, Theodosius & Arcadius, qui caverunt, ut matres viduæ & ætate majores, quæcumque tutelam administrandorum negotiorum in liberos postulant, ad eandem, ejuratis antea secundis nuptiis (*a*), volentes admirterentur, quoties tutor testamentarius vel legitimus, deficeret. *L. 2. C. Eod.* Tandem Justinianus, cuius temporibus perpetua feminarum tutela ab ufo jam receperat, non tantum hoc ad naturallum liberorum tutelam extendit, sed aviam quoque jure petendi nepotum tutelam mactavit, eidemque æque ac matri fecundum hereditatis ordinem tutelam subire permisit, solis eas præcedentibus tutoribus testamentariis, si modo ipsæ potentes tutelam nuptiis secundis & Sc̄ti Vellejani præsidio, omnique ali legitulo auxilio renuntiant. *L. 3. & Auth. Matri. C. d. t. Nov. 118. cap. 5.* Cum ita his legibus mater atque avia administrandæ liberorum suorum tutelæ capaces effectæ sint, nullum profus dubium est, quin eadem testamento tutrices nominari jure novo possint, id quod tamen nullam circa maternaæ tutelæ formam in iis, de quibus haſtenus dictum, producere valet mutationem, neque enim mater ideo ad demandatam ipsi in testamento tutelam cogitur, nec minor ætate ad administrationem tutelæ admittitur, nec renuntiatione secundarum nuptiarum, Senatusque consulti Vellejani liberatur. Haec enim omnia partim ipſarum matrum, partim pupillorum favore introducta privati

cujusdam ultima mortali voluntate non posse, facile est ad intelligendum.

(a) Sustulit hoc iusjurandum Justinianus Imp. per Nov. 94. cap. 2.
ex qua defumta est Artib. Sacramentum. C. Quando mul. tui. off.

§. XXXIX.

J. Germ.

Alia principia hic sequebantur Germanicæ gentes, quæ simplicitatem naturalem sectantes in liberos potestatem, quæ in ipsorum tuitione consistit, matri non minus ac patri tribuebant, natura duce perspicientes, insitum tenerimum matris in natos affectum, sinceramque pietatem eandem impellere, ut omnia adhibeat media, quibus feliciter procedere educatio possit. Itaque ex moribus Germanicæ universalibus mortuo patre superstiti matri liberorum haud quidem denegabatur educatio, verum quoad bonorum administrationem non omnibus eadem erant instituta. Alii quidem, ut Wisigothi (a) atque Burgundiones (b) & horum curam matri concedebant; Alli vero agnatis rerum administrationem tribuentes solam liberorum educationem eidem relinquabant. In horum numero Suevi fuerunt atque Saxones. Indicant hoc præter leges ipsorum, quæ diserte agnatis tutelæ jus vindicant, quæque de materna tutela silent, (c) eorundem mores, quippe qui ipsas viduas aliorum subjectas voluerunt tutelæ. (d) Mutationem hac in parte iterum introduxit Juris Rom. receptio, certo certius enim hodie est, matris atque aviaæ tutelam plenissime per Germanicæ provincias vigeret (e), ita ut matres vel filiae tutelam administrent (f), vel ipsis contutores adjungantur. (g) Cæterum Germani non solum hodie, sed etiam olim nonnisi volentes ad liberorum tutelam admiserunt matres (b) atque ut secundis abstinerent nuptias requiriverunt. Licit enim non ubique locorum expressa earundem requiratur renunciatio, tandem, si tales contrahant matres, ob metum, ne pupillo-

rum

rum vitam vel bona novo marito addicant, plerumque privantur tutela (*i*), vel etiam quandoque matres binubæ curatores sibi tantum adjungunt, qui bona liberorum administrent, officiis tutelaribus aliis apud matrem perfidientibus, quin ne his quidem opus esse, si bonis liberi defituantur, Dn. a LUDEWIG *Opusc. Tom. 2. Lib. 4. Op. 4.* Diff. 3. Not. gg. annotat. Porro introducto per receptionem Juris Rom. in Germania SCti Vellejani beneficio, hujus quoque renunciatio a matribus tutelam ambientibus in quibusdam locorum statutis quidem exigitur, ast raro quidem hanc adhiberi (*k*), nihilominus tamen ut hoc beneficio matres non posse, docet BRUNNEMANN. ad Auth. Matri. C. *Quando Mul. tut. off.* Denique queritur, an jure Germanico mater minorenne tutrix esse queat? STRAYK in *Us. Mod. ff. Lib. 26. tit. 4. §. 33.* distinguunt, utrum mater minorenne ad tutelam alpiret jure legitimo, an vero a patre in testamento data sit. Hoc casu subsistere putat dationem, ita tamen, ut interim, donec ad iustam ætatem pervenerit, alius curator à judice detur. Illo vero agnatos preferri arbitratur, nec matrem postea tutricem esse posse. UDAL. AB EYBEN vero in *Diff. de tut. fem. P. 2. Memb. 4.* etiam hoc casu curatorem dari vult, usque dum major facta mater ipsa tutelam suscipiat. LUDEWIGIUS denique l. c. *Diff. 7. not. rr.* curatorem interim datum rejicit, atque matrem minorenne statim à morte mariti tutelæ administrationi praesicit. Mihi placet haec sententia; quod, ubi locorum statuta aliud diserte non requirunt (*i*), hoc magistratus relinquendum sit arbitrio, qui ex persona matris arbitrabitur, utrum tutela ipsi tuto committi queat minorenni. Id quod tamen eo magis facere poterit, quo minus ob naturalem in liberos affectum praesumptio sit, matrem temere quidquam in pupillorum præjudicium esse acturam, cumque curatores, qui ut plurimum matri tutrici adduntur, defecctum, si quis est in matre minorenni, facile suppleant. His jam be-

ne consideratis, cuilibet fane est in promptu, testatori integrum esse, matrem vel aviam ultimis tabulis liberorum fuorum tutrices instituere, id quod tamen magistratum nullo modo inducet, ut vel ad tutelam matres cogat, vel integrum tutelæ administrationem iisdem binubis relinquat, vel ubi Senatus consulti Vellejani renunciatio locum sibi vindicavit, eandem iis remittat, vel denique ubi contutores matri tutrici adjungi statuta requirunt, eandem solam tutelæ administrationi admoveat. Exferere tamen testatoris nominatio effectum aliquem poterit in matre minorenni, cum illa præter rationes allegatas magistratum permovere eo possit, ut matrem tutricem liberis testamento designatam, ad tutelam facilius admittat.

(a) Lex WISIGOTHOR. L. 4. tit. 2. §. 13. Patre mortuo, filii in matris potestate subsistant; Quodsi marito superflite uxor forsitan moriat, filii, qui sunt de eodem matrimonio procreati, in patris potestate consistant tit. 3. §. 1. Licit haec tenus à patre tantum relicti parvuli filii pupilli nuncupentur, tamen, qui non minorem curam erga filiorum utilitatem matrem constat frequenter impendere, ideo ab utroque parente, hoc est, patre vel matre infra XXV. (XV.) annos filios post mortem relictos, pupilos per hanc legem decernimus nuncupandos d. tit. §. 3. Si patre mortuo in minori ætate filii relinquuntur, mater eorum tutelam, si voluerit, suscipiat: si tamen in viduitate permanferit, ita ut de rebus filii debitis inventarium faciat, per quod postmodum filii hereditatem sibi debitam querant. Quodsi mater alium maritum acceperit, & aliquis de filiis jam ad perfectam, id est usque ad XX. annorum pervenerit ætatem, ipse junioris fratres sua tuitione defendat.

(b) Lex BURGUNDIONUM tit. 59. Nepos, amissio patre, cum rebus omnibus ad avi ordinacionem vel sollicitudinem conferatur: ea tamen ratione, si mater eius secundas nuptias crediderit eligendas. Ceterum si nubere electa castitate distulerit, filii cum omni facultate in ejus solatio & potestate consistant.

(c) Objicitur hic ab aliis L. I. art. II. JUR. PROV. SAX. *Helt ein Vater seine Kinder in Vormundschaft nach ihrer Mutter gode, wann sie sich darnach von ihm scheiden, Er soll ihnen lassen und geben alles ihrer Mutter Gut, es seye ihm denn von Unglück und ohne sein Schuld abgegangen. Dasselbig soll das Weib den Kindern auch thun, ob ihr Vatter stirbet. Und jeglich Mann, der der Kin-*
der

der Vormund ist. Verum ut jam taceam, quod hic textus aliam quoque, quam de matre tutrice, explicationem recipiat, GLOSSA certe ad d. art. ita haec verba limitat, ut exinde appareat, haud ordinarias saltem Saxonibus fuisse maternas tutelas. Hoc albier, dicit GLOSSATOR, Mag denn auch ein Weib Vormunde seyn? dann dis were wider die Leges. L. 2. ff. de Reg. Jur. Hierzu antworte ich, und sage Ja. Es mag ein Weib wol Vormund sein, aufß Fall niemand anders von schwerdthalben darzu geborn, oder keiner des Orts wohnhaftig, oder auch das Kind vielleicht uneblich geboren ist. L. 2. C. Quando Mul. Tit. Off.

(d) vid. VETUS JUS SAXON. cap. 7. JUS PROV. SAX. Lib. I. art. 23.
JUS PROV. SUEV. cap. 321. Et 322.

(e) Adverbatur tamen matis tutelæ JUS LUBECENSE, uti patet ex L. I. tit. 7. art. 12. Eine jegliche Wittfrau soll nach Absterben ihres Ehemanns binneu ein viertel Jahr Vormunder vor sich und ihre Kinder erweblen, und von dem Rath beftättigen lassen, bey Straße geneltes Erbarn Raths. vid. MEVIIUS ad d. art. n. 6. q.

(f) STAT. COLONIENSE p. 43. tit. Wem die Mutter oder Anfrau Vormund. Wiewohl die Vormundschaft zu führen denen Frauenbildern verboten, jedoch so, daß die Mutter und Anfrau der Vormundschaft sich wollten unternehmen, daß solle ihnen gelassen werden. Doch sollen sie sich weiblicher Freyheit, und fernerer Ehe verzeihen, und alle ihr Hab verpflichten, wo nicht, so soll sie den Kindern Vormund bitten bey verlütigung des Erbfalles, cf. STAT. WORMATIENSE L. 4. P. I. tit. 6.

(g) In Saxonia matri in tutelæ administratione proximos agnatos adjungi, annotat ZORILLUS ad L. I. art. 23. tit. b. Landr. Contra CARPOVIUS Def. sor. p. 2. Conf. II. Def. II. n. 12. docet, quod non tam stricte hoc ubique locorum observetur, sed hujus defectum quandoque supplet auctoritas curatoris matri in item dati. In STAT. DRESDENSI TUTELARI cap. I. §. 4. requiritur, ut matri tutrici adjungatur: Ein kriegerischer Vormund. Juxta ORDINATIONEM LIPSIENSEM (Rath-Ordn. zur Leipzig) mater, ut idoneus sibi adjungatur tutor, petere tenetur. Non vero tantum in Saxonia contutores leges requirunt, si mater tutelam liberorum subeat, sed aliarum quoque provinciarum statuta solam matrem non admittunt, vid. Oestr. Gerbaltschaffts- Ordn. tit. 3. §. 2. Bayr. Ordn. tit. 5. art. 3. RECENTIORA BORUSSIAE STATAUTA Lib. 2. tit. 6. art. 2. §. 6. Des Ertzstifts Mayntz Untergerichts - Ordn. fol. 17. Churfürstl. Pfälzische Vormundschaft. Ordn. n. 3. STAT. HAMBURGENSIA P. 3. tit. 6. n. 5. RENOV. REFORM. NORIMBERG. tit. 39. Leg. 3. §. 2.

(b) vid. LEX WISIGOTH. L. 4. tit. 3. §. 3. & LEX BURGUND. tit.

§9. nec non statuta hodierna in superioribus notis adducta. Exceptionem hic facere videntur JURA BRANDENBURGICA atque JUS PROV. WURTENBERG. P. 4. tit. 11. §^o 12 haec enim Orphanos non dicunt illos; qui alterutro, sed qui orbi sunt parente utroque, et adeo jus tutelare matri ibidem competit vi potestatis, non ex lege speciali vel privilegio.

(i) vid. RECENTIORA BORUSSIAE STATUTA L. 2. tit. 6. art. 2. §. 6. RENOVAR. REFORM. NORIMBERG. tit. 39. Leg. 3. §. 2. ORD. LIPSIENS.

(k) In Saxonia renunciations, quæ a matre tutrice Jus Rom. requirit, in viridi adhuc observantia esse constat ex presudictis apud CARPOV. P. 2. C. II. def. 14. In Bavaria vero, teste BALTHASAR tit. 5. Resol. 3. n. 16. ad renunciations illas mater non tenetur, sed simpliciter declarat, quod velit administrare tutelam.

(l) vid. Goth. Lands-Ordn. P. 3. n. 3. §. 3. p. 305. Ob zwar die Vormundschaft ein männliches Amt seyen, so bat eine leibliche Mutter sich der Vormundschaft zu erfreuen; wenn der Vatter diesfalls nichts verordnet, Sie das 21. Jahr begegnet, oder andernfalls sie nicht veniam aetatis erreicht, cf. STAT. MAGDEB. tit. 40. §. 2. an. 1688.

S. XL.

J. Gall.

In Gallia tam juris scripti, quam non scripti provinciis matri & aviae privilegii loco indultum est, ut volentes petentesque ad liberorum tutelam aspirare possint. FERRIERE Inst. L. 1. tit. 18. observato tamen discrimine, quod in illis nullo existente tutore testamentario ad eundem ipso jure admittantur, sola tutela administrationi presint, atque secundis nuptiis, Senatusque Confulti Vellejani praesidio, (ubi totum hoc non appetat abrogatum) renunciare teneantur. In his autem matres non nisi prævio consanguineorum judicio, atque decreto magistratus tutelæ admoveantur, ipsis tutor, quem Subrogē tuteur vocant, adjungatur. FERR. Dicit. art. tutrice, atque dictæ renunciations non frequententur. IMBERTUS Enchir. Jur. Gall. p. 362. quamvis his non obstantibus tamen matres, quæ secunda vota contrahunt, & ibi tutela privari, testatur FERR. Dicit. d. art. His jam præmissis, nemo dubitabit, quin etiam in Galliæ provinciis, quæ testamen-

flamentariam tutelam non respuunt, matrem vel aviam ad liberorum suorum tutelam testator vocare possit. Quod tamen iterum nullo modo immutare materna tutela formam valebit. Similiter in provinciis, in quibus omnis tutela dativa est, nominatio testatoris aliquem habebit effectum, nimurum ut eo facilius consanguinei matrem suo judicio constituant tutricem, judiceisque eidem tutelarem spartam decernant.

§. XLII.

Regum pupillorum educationem matribus defuncti J. Publ. Regis Testamento demandari posse, nisi leges imperii obstant, etiam illi ipsi fatentur, qui maternæ in regnis tutelæ alias parum favent; Quod enim administrationem regni concernit, aliqui matres ab eadem plane excludunt, ipsas Imperii declarantes incapaces. Verum enim vero ut jam multa ex antiquitatibus illustria feminarum regna, atque maternarum in regnis tutelarum taceam exempla, (a) arbitror, neminem defendere hoc nostris temporibus posse, nisi crassam suam in Politicis ignorantiam, & quam feliciter hodie amplissima a feminis regna gubernatur, ipsum fugere, simul ostendere velit. Remoto igitur generali, quod matribus objicitur, impedimento, videndum nunc etiam est, quibus in regnis Imperiorum licet, matres testamento regni administratrices, durante Regum minorenitate, instituere. In Regnis patrimonialibus, quam feminis ipsa summa potestas per ultimam Regis voluntatem conferri queat, sequitur, ut etiam, quod minus est, puta Imperii administrationi matri, rege pupillo existente, supremis assignari tabulis possit. In regnis electivis nullum Imperiantibus de imperio in mortis causa disponendi jus esse, supra §. 6. annotavimus. Ex quo etiam apparet, quod in regnis successivis, si aliud non ipse fundamentales leges jubeant, apud Proceres futurum sit judicium, utrum matrem Regis secundum voluntatem

G

tatem

tatem defuncti regni admovere administrationi velint,
vel non.

(a) vid. STRUV. *Jurispr. heroica* P. 5. cap. 4. Sez. 2.

§. XLII.

J. Feud.

Jure feudali communi mater & avia nec ad tutelam liberorum intuitu feudi vocantur, nec per textum aliquem expressum ab eadem removentur. Sunt itaque Dd. qui eadem vi juris Civilis in feudis admittunt, cum in his, in casibus, qui confuetudine feudi comprehensi non sunt, legum Rom. non vilis sit auctoritas. 2. f. 1. cumque ipsis praejudicare nequeant agnati; nam his quoque, nulla feudali lege eos vocante, per juris Rom. regulam ob successionis commodum tutelæ onus imponitur. Matribus autem non ob successionem, sed ob connatam affectionem, & tenerimum amorem, quo liberos prosequuntur, hoc tutelæ jus indulsum est. HORNIUS *Jurispr. feud.* Cap. 6. §. 16. Verum, si quis ipsa servitia feudalia, atque vasallitica officia consideret, quæ tutor pro pupillo suo domino praestare tenetur, facile sibi persuadet, feminas ad eadem implenda esse inhabiles atque inde tutrices esse non posse feudales STRUV *Elem. Jur. feud.* Cap. 5. §. 93. nisi dominus³, qui à jure in suum commodum introducto recedere potest, eadem ad tutelam admittat, ipsisque vel servitia remittat, vel per alium sibi acceptabilem servitiis defungi permittat. Ex his, & ex eo quod de tutela Vasalli testamentaria diximus, elucet, quod ne pater quidem tutelam feudalem matri seu aviae assignare testamento valeat, eo effectu, ut dissentiente domino eadem tutrix in feudo esse, atque domino loco vasalli impuberis servire possit. In Germaniæ feudis, non tantum privatis, sed & in ipsis Principatibus, quin & Electoratibus (a) tutelam maternam jam à longis retro temporibus in usu fuisse, matresque fructus feudi atque tutelam à do-

à domino, vel eo, cui dominus concederat, pecunia redimere confueisse testatur Friderici II. Imp. Cancellarius PETRUS DE VINEIS L. 5. Epistol. 50. p. 623 nec non Diploma de an. 1221. apud BECKMANNUM in hist. Palat. Tom. I. p. 527. per quod edocemur, Mechtildim Alberti II. Marchionis Brandenburgici viduam ab Episcopo Magdeburgico, cui tutela feudi commissa fuit, eandem 1900 Marcis Argenti redemisse. In historia Germaniae recentiori tot inter Illustres occurrunt matres, quæ vel ad legitimam petentes admissa sunt tutelam, vel testamento designatae tutrices confirmatae sunt, ut plane de hujus maternæ tutelæ usu, quoad feuda Imperii, etiam Regalia, dubitare nemini licet. (b) Quod autem nunc formam hujus maternæ tutelæ attinet, mater Illustris, quamvis testamento vocata, regulariter tamen non nisi volens ad tutelam admittitur, ipsa renunciare tenetur secundis nuptiis, vel faltem, si secunda vota contrahit, tutelam refignare tenetur, porro, quamvis renunciatio SCti Vellejani necessaria non esset in femina Illustri, imo plane ipsi ignoriniofa, tamen ex confirmationibus maternarum tutelarum constat, etiam huic beneficio matres liberorum tutelas petentes nuncium mittere teneri. (c) Et quamvis pater Princeps testamento suæ uxori hanc renunciacionem remitteret, id tamen sine effectu futurum, ALEXANDRI in Diff. de tut. Matern. Princip. Imp. Cap. 3. §. 8. statuit, quia quod publicis imperii legibus, & usu observatiaque aulae cæfareæ exigitur, privato patris arbitrio remitti nequit. Denique quod minor ætate mater ad tutelam hanc & terrarum administrationem admittenda sit, aliqui exinde negant, quia mares, in quibus tamen sexus est præstantia, ab eadem arcentur minorennes. ALEXANDRI l. c. §. 2. matrem minorenem nonnisi testamento tutricem nominatam, dato interim Curatore, admittit. Verum arbitror, quod siue mater minorenis legitimam petat tutelam, siue testamento sit instituta tutrix, à Superioris

rioris, qui tutores confirmat, dependeat arbitrio, an admittere eandem velit, vel non. Poterit tamen eo magis matrem Illustrēm huic tutelæ admovere, quominus periculum sit, terras male per eandem gubernatum iri, cum præter maternum affectum, atque contutorem, quem ei adjungere quandoque moris est, consiliarii ad sint, qui ipsi in principatus administratione adfiant, atque lapsus ex infirmitate ætatis metuendos facile declinare possunt.

(a) Mutatum hoc est per A. B. qua Electoralis officii atque Electoratus administratio seniori atque proximiiori agnato, matre exclusa, tribuitur. Potest tamen pater Elector matrem testamento adjungere agnato in administratione terrarum Electoratum constituentium. Potest etiam mater non tantum ad legitimam, sed & ad testamentariam tutelam quoad educationem Electoris pupilli, reliquorumque liberorum, atque administrationem bonorum non Electoralium admitti.

(b) Cumulant de hac materia exempla PERFFINGER ad Vitriar. Tom. 4. p. 116. sqq. & STRUV. Jurispr. heroi. P. 5. cap. 5.

(c) vid. UDAL. AB EYBEN de Tit. Fem. P. 3. membr. 2. §. 3. STRYE. in Us. mod. ff. Lib. 26. tit. 3. §. 8.

§. XLIII.

Longa est inter D.D. pugna, utrum pater, et si tuto rem nominatim non constituat, prohibere tamen testamento Jure Rom. possit, ne mater tutrix fiat? Affirmant hanc quæstionem sequentes sunt rationes: 1º. fundant se in verbis Nov. 118. cap. 5. *Defuncti namque voluntatem præponi voluntus*, ex quibus apparere affirmant, matrem non tam per testamentarios tutores, quam per voluntatem & judicium patris eam tutelæ inidoneam declarant, excludi. 2º. Provocant ad id, quod nemo ali us, quam Pater rectius aëstimare possit, sitne mater habiliis ad tutelam vel non 3º. Argumentum ducunt ex L. 21. §. 1. de tut. & cur. dat. ubi matri permittitur testamento prohibere, ne pater curator liberorum fiat. Quod ergo matri licet, inquit, cur patri idem non licet? ad dunt, cit. L. §. 2. ubi Modestinus clarissime creari tuto rem

rem oportere negat, qui à parentibus prohibitus fuerit tutor esse, & L. in. C. Si contra matris vol. in qua exprefse statuitur, quod tutor contra matris ultimam voluntatem dari non debeat. LEYSER Med. ad ff. Sp. 330. S. 1.
 ¶ 2. Qui ex adverso sentiunt, quorumque sententiae & ego accedo, itidem fundamentum inveniunt in ipsa Nov. 118. Cap. 5. in verbis: *testamentariis solis tutoribus præcedentibus eas.* Cum enim Justinianus matri tutelam perpendi jus confirmaverit, ipse modum illi tutelæ præscriptis, voluitque ut maritus matrem excludere quidem posset, sed sub conditione tamen, ut alium tutorum testamento institueret. Nec obstant cit. Nov. verba, quæ affirmative sententiae patroni in suum usum trahere solent, siquidem Imperatori iisdem potius præcedentem propositionem declarare, quam amplius jus patri tribuere voluit. Indicat hoc vocabulum **ELECTIO**, quod per copulam ET vocabulo **VOLUNTAS** statim conneicitur, quodque posterius prioris restriccio est, atque explicatio. Similiter matri præjudicare nequit suspicio, quæ ex patris prohibitatione oritur; quippe opponi major eidem potest præsumptio naturalis matris in liberos affectus, quam simplex patris prohibitio tollere nequit, præsertim cum pater, si sciat, matrem male administraturam esse tutelam, facile liberis, alio constituto tutori, à tali incommodo cavere possit. Denique nec citatæ leges nobis adverfantur. Agunt enim partim de patre curatore, partim de tutela dativa, mater autem tutelam habet ex legis provifione, adeoque tutrix est liberorum legitima. PECKIUS de Test. Conj. L. 2. Cap. 16. TREUTLER vol. 2. Disp. 8. tb. 3. Lit. u. UDAL AB EYBEN l. c. P. 2. Memb. 5. §. 7.

§. XLIV.

Jure Germanico, quod magistratibus id jus indulget, ut ipreto patris judicio tutorem confitituere possint, quem ipsi maxime idoneum judicant, hujus questionis non

G 3 magnus

magnus esse potest usus. Si enim casus existeret, ut pater testamento suo prohiberet, ne mater ad tutelam veniret, nullo alio tutore nominato, mater autem tutelam liberosum fibi expeteret, magistratus certe eandem nec simpli- citer admireret, nec repelleret, sed inquireret potius, an quæ ex patris prohibitione nascitur suspicio, matrem in tutelæ administratione male versaturam, fundata sit, vel non: quo posteriori in casu non temere præteribit matrem tenerrimæ pietatis intuitu, qua ipsa erga liberis naturaliter fertur, quaque præ reliquis omnibus maxi- mā proliſ ſue habituram esse curam præsumitur. Interim tamen ſunt Germaniæ ſtatuta, quæ generali ſua di- positione patri matrem simplici ſua prohibitione à tute- la excludendi facultatem concedere videntur (a).

(a) *Goth. Lands.-Ordn.* P. 3. n. 3. §. 3. p. 305. Ob zwar die Vor- mundſchaft ein männliches Amt ſeyt, ſo hat eine leibliche Mutter ſich der Vormundſchaft zu erfreuen, wenn der Vatter diſſfalls nichts verordnet. Idem legitur in *RECENT. BORUSSIE STAT.* L. 2. tit. 6. art. 2. §. 6. & in *ELECTORIS PALATINI Lands.-Ordn.* de an. 1582. P. 1. tit. 3. art. 3.

CAP. IV.

QUOMODO TUTORES ULTIMA VOLUN- TATE CONSTITUANTUR.

§. XLV.

Pure, vel sub condit. Ex die certo, vel Cinc. mento, vel Codicilli. **L**atiſſima illa, quam Rom. leges parentibus tribuebant, liberis ultima voluntate de tutore proſpiciendi facul- tas ſeſe in eo quoque exferebat, quod permitterent iſſe, vel tutores dare ad certum tempus, & ex certo tempo- to. Teſta. re, ſub conditione (a) & uſque ad conditionem, §. 3. Inſt. Qui teſt. tut. L. 8. §. 2 de Teſt. tut. quæ tamen omnia magistratibus, qui tutores conſtituebant, non li- cuſſe videre eſt in L. 6. §. 1. ff. de tut. Et in L. 77. ff. de Reg.

Reg. Jur. Si itaque quis sub conditione vel ex die tuto-
rem dederit, medio tempore alius tutor dandus erat,
quamvis legitimum tutorem pupillus haberet. *Sciendum
enim est*, inquit *ULPIANUS* in *L. 11. pr. ff. de Test. tut.*
quamdiu testamentaria tutela speratur, legitimam cessare.
Manebat autem hic interim constitutus tutor, donec dies
veniret, vel conditio existeret; hac vero deficiente nec
tutor testamento datus tutor siebat, *L. 8. §. 1. ff. h. t.*
nec tutelam continuabat à magistratu electus, sed poti-
us remoto, quod ipsi obstat, impedimento, puta testa-
mentariæ tutelæ spe, ad legitimum deveniebat tutela.
arg. d. l. 11. pr. ff. de Test. tut. Similiter si quis usque
ad conditionem vel ad certum tempus institutus fuerit
testamento tutor, ipse existente conditione, vel finito
tempore depositus tutelam *§. 2. §. 5. Inst. Quibus mod.*
tut. quæ tamen non ad legitimum devolvebatur tutorem,
sed potius tutor à magistratu electus per reliquum tem-
poris spatium eandem administrabat. *arg. L. 11. ff. d. t.*
Recte autem tutor jure Rom dabatur testamento *L. 1. §.*
1. ff. de Conf. tut.: idque vel ante heredis institutionem
§. 3. Inst. Qui test. tut. siquidem non ab herede, sed a
testatore protinus profici videbatur tutor. *L. 7. ff. de
Test. tut.* nec ordo scripturæ impedit causam debebat vo-
luntatis. *L. 77. §. 12. ff. de Leg. 2.* Nec interest Jure
Noyo five latinis five græcis verbis detur tutor, *L. ult.*
C. de Test. tut. quia scilicet etiam testamenta græce scri-
pta jure novo valent. *L. 21. §. f. C. de test.* Nec minus quis
ad tutelam vocari poterat codicillis *L. 3. pr. ff. de test. tut.*
qui in his reprobare quoque tutorem poterat pater,
quem testamento nominavit. *L. 8. pr. ff. h. t.* vel etiam
illi aliud adjungere, id quod semper præsumendum esse,
nisi codicillorum verba refragentur, discimus ex *L. 2.*
C. d. t. Requirebatur tamen ut Codicilli essent confirma-
ti testamento *L. 3. pr. ff. Eod.* alias enim aliquid deficere
testamentariæ tutelæ videbatur Romanis, qui id repleverat
Magi-

Magistratu & secundum mentem testatoris confirmari sine
inquisitione tutores voluerunt. L. i. §. 1. 2. ff. de Conf.tut.

(a) Quæritur, si quis ita in testamento suo scriperit, Titius cum poterit, tutor esto: Titius, si navis ex Asia venerit, tutor esto: utrum levissima, an novissima conditio in hac tutoris datione spectanda sit? Decidit Ulpianus cum Juliano L. 20. Digest. quod novissima scriptura spectanda sit. L. 8. §. 3. ff. de Tef. tut. In tutelis enim testamentariis id semper nos sequi, quod novissimum, Idem auctor est in L. 10. §. 1. ff. b. t.

§. XLVI.

Quando tutores testamento recte dari posse dictum est, illud ita accipendum est, ut testamentum patris, quo instituitur tutor, perfectum sit, nec ullo modo invalidum. Alias enim partim ad causam intestati rem redire, atque legitimæ tutelæ locum fieri, partim magistratus confirmationem defectum testamentariae tutelæ supplere, ex sequentibus apparebit. Quoties testamentum ob defectum solennitatis internæ nullum est, tutoris datio nullum producit effectum, sed una cum testamento corruit, atque legitimæ tutelæ locus sit. L. i. ff. de Inj. rupto. Ita si mutato testatoris statu irriter ejus fiat testamentum, nec illud Prætoris beneficio sustineatur, omnia quoque ejus capita infirmantur, adeoque etiam quoad tutelam res redit ad causam intestati. §. 4. Inst. Quib. mod. Tef. infirm. Item si nemine hereditatem adeunite, testamentum factum fuerit destitutum; nihil valebat ex his, quæ testamento scripta erant, sive nec tutelæ dationes. L. 9. ff. de Tef. Tut. Adeo enim ex tempore aditus hereditatis demum testamentariam tutelam vim suam exercere voluerunt Romani, ut deliberante adhuc herede instituto, an hereditatem adire vellet, vel non, alium interim tutorem dari à magistratu voluerint. §. 1. Inst. de Atti. Tut. L. 10. pr. ff. de Tef. Tut. Qui tamen deponeret tutelam, si vel unus ex pluribus adiret; etenim ut tutelæ

vale-

valerent, non expectandum erat, ut omnes adierint hereditatem. d. l. 9. ff. Contra si testamentum omnibus heredibus repudiantibus fuerit desertum, tunc nec testamenterarius ad tutelam admittebatur tutor, nec dativus tutela continuabat administrationem, sed potius legitima locum sibi vindicabat tutela. arg. L. 11. ff. de Test. Tut. Quando ruptum siebat testamentum, distinguo, utrum ruptum fuerit, mutata testatoris voluntate, an per agnationem postumi. Illo casu testamentarium tutorem, quem pater amplius probare non videtur, à tutela prorsus excludsum fuisse autem; hoc vero leges nostra volunt, jucundem sequi debere patris voluntatem. L. 31. ff. b. t. Eodem modo si solennitates omisæ sunt in testamento externæ, illud ipso quidem deficiebat jure, verum quoad tutela dationem eo tamen gaudebat effectu, ut a patre tutor scriptus etiam non justo testamento, tamen à magistratu confirmandus ad tutelam gerendam fuerit, proinde acsi ex testamento tutor esset. L. 3. ff. de Conf. Tut. Denique queritur, quomodo tutor datus in testamento paterno inter liberos imperfecto ad tutelam admittendus sit? Distinguunt DD. utrum unus liberorum institutus sit tutor, an vero extraneus. Illum recte in tali testamento datum tutorem esse arg. L. 21. §. 1. C. de Testam. arbitrantur. Hunc vero tutorem ex imperfecto testamento recte non dari affirmant; unde hoc in casu magistratus accedere debet auctoritas, qui patris voluntatem in constituendis tutoribus servare solet. L. 2. C. de Conf. Tut.

§. XLVII.

Hodie in Germania, cum minus proficuum sit pupil. J. Germ. lis, mutato priore, qui bene administravit, tutores, alium in ejus surrogari locum, magistratus adjectum, diem vel conditionem non attendendo, nominatum tutorem, quem idoneum deprehendit, ita ad tutelam gerendam confirmabit,

H

mabit, ut & statim eandem suscipiat, & ad pupilli majoritatem usque eam continuet. THOMAS. in not. ad Inst. L. 1. tit. 14. p. 80. Similiter apud Germanos non distinguendum videtur, an testamento valido aut invalido, an vero codicillis, iisque vel confirmatis vel non confirmatis tutor datus sit. Cum enim omnes tutores juxta Ord. Pol. eodem modo confirmandi sunt, atque magistratibus jus sit, etiam legitimos tutores excludendi, certe si apparet, parentes, vel ab intestato, tutorem liberis nominasse fuisse, praesumtio illa parentum judicium pupilli optimum esse, illos permoverebit eo, ut in electum a parente inquirant prius, eique, idoneo reperto, prae legitimis tutelam assignent. HEINECCIUS Elem. Jur. Germ. L. 1. §. 366.

S. XLVIII.

Singularia Coronidis loco tria adhuc, quae in testamentaria tutela occurrunt singularia, annotabo. Primo notissimum est, quod testamento dati tutores, quippe quorum fides & diligentia ab ipso testatore probata est, immunes sint a satisdatione. pr. Inst. de Satisd. Tut. L. 17. ff. de Test. Tut. Et quidem non tantum illi, qui recte testamento instituti sunt, sed etiam cum defectu laboretestamentaria tutela, si scilicet tutores vel non jure a parentibus dati sunt, L. 3. ff. de Conf. Tut. vel ab aliis, quibus jus constitueri testamento tutores non est, nominati, a maioribus ex inquisitione confirmantur magistratibus. L. 2. ff. eod. Inquisitionis enim fides pro vinculo cedit cautionis. L. 13. §. 2. ff. de tut vel cur. dat. Exceptio est, quoties pluribus vel testamento, vel ex inquisitione datis tutoribus unus reliquis preferri in administratione velit, tunc enim satis offerre tenetur collegis, ut hi habeant electionem, utrum latus velint accipere, an satisdare. §. 1. Inst. d. t. L. 17. 18. 19. ff. de test. tut. L. 4. C. De tut. qui fastis

tis non dedit. Secundo leges indulgent testatori, qui transmittit substantiam, ut inventarium conscribi à tuto-
re prohibere possit. *L. ult. §. 1. C. Arbitr. tut.* Inter-
est enim quandoque pupilli, ne secreta patrimonii &
suspectum ex alienum pandantur. *L. 2. C. de Aliment. pup.*
præst. vel paupertatis detegatur vilitas, aut invidiæ expo-
nuntur divitiae. *L. 2. C. Quando & quib. quart. pars. deb.*
Requirunt tamen hoc casu Interpretes privatam aliquam
bonorum descriptionem, quippe quam pupilli utilitas
omnino exigere videtur. *WESENBECK. P. 2. Conf. 86. n. 4.*
CARPZOV. P. 2. Conf. 11. Def. 4. n. 8 sq. Tertio pater
tutoribus testamento rationes reddendi necessitatem re-
mittere jure Rom. potest, id quod tamen eosque haud
valebit, ut si mala fide in administratione utantur tutores,
eo damnari nomine nequeant. *L. 5. §. 7. ff. de adm. &*
per. tut.

§. XLIX.

Omnis has, testamentariorum tutorum prærogativas J. Germ.
a Germania exulare voluit ORD. POL. de aº 1548. tit. 30.
§. 3. & de aº 1577. tit. 32. §. 3. (a) Non tantum enim
textus ille, quo à tutoribus inventarium, cautio at-
que rationes quotannis reddendæ exiguntur, inter tuto-
res non distinguit, sed connectitur etiam cum §. 2. in
quo testamento dati legitimis æquantur tutoribus atque
dativis. Vid. SCHRADER de feud. P. 10. Sect. 20. n. 233. sq.

(a) Item, daß er nach befohlener Verwaltung von allen Gütern
liegend und fahrend, Schullenbrief und Registern ein Inventarium
aufrichte und rechtmäßige genügsame Caution und Versicherung
thue auch jährlich mit allein auf Erforderung der Obrigkeit,
sondern auch selbst vermög seines anbefohlenen Amts, auch gelehrter
Pflicht und Eides, gebiährlich Rechenschaft anbieten und thun
amb sein Verwaltung Rede und Antwort geben.

T A N T U M.

... in den Händen der Menschen zu haben. Und so ist es mit dem Menschen, der die Erde als seine Heimat ansieht und sie nicht verlässt. Aber es gibt auch Menschen, die sich auf die Erde als eine Art von Tempel oder Schrein des Gottes beziehen. Sie glauben, dass die Erde ein heiliger Ort ist, wo sie Gott nahe sein können. Diese Menschen sind oft sehr religiös und pflegen verschiedene Formen des Gottesdienstes und der Opfergaben.

XIX

Die Menschen, die die Erde als einen Tempel des Gottes betrachten, sind oft sehr religiös und pflegen verschiedene Formen des Gottesdienstes und der Opfergaben. Sie glauben, dass die Erde ein heiliger Ort ist, wo sie Gott nahe sein können. Diese Menschen sind oft sehr religiös und pflegen verschiedene Formen des Gottesdienstes und der Opfergaben. Sie glauben, dass die Erde ein heiliger Ort ist, wo sie Gott nahe sein können. Diese Menschen sind oft sehr religiös und pflegen verschiedene Formen des Gottesdienstes und der Opfergaben.

МИЛЯТ

Strasburg, Diss., 1760-75

ULB Halle
004 359 240

3



f

sb.



2

1760, 1.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
T U T E L A
TESTAMENTARIA
EX JURE TAM PUBLICO,
QUAM PRIVATO,
QUAM
SUB AUSPICIIIS DIVINIS
EX DECRETO
AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS
IN ALMA ARGENTORATENSIMUM
UNIVERSITATE
PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE CONSEQUENDI
SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI
AD D. XVIII. JUNII A. O. R. MDCCCLX.
SISTIT
JOHANNES DANIEL BRAUN, Arg.
H. L. Q. C.

ARGENTORATI Typis JOH. HENRICI HEITZII, UNIV. TYPOGR.

